

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**In. Epistolas M. Tullii Ciceronis Qvae Familiares Vocantvr
Paulli Manutii Commentarius**

Manuzio, Paolo

Venetiis, 1579

Argumentum epistolae primae Ciceronis ad Lentulum.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764133](#)



IN . EPISTOLAS
M . TVLLII . CICERONIS
Q V A E
F A M I L I A R E S
V O C A N T V R
P A V L L I . M A N V T I I
C O M M E N T A R I V S



Argumentum epistolae primae Ciceronis
ad Lentulum .

PARTES argumenti duae sunt , una & extrinsecus , & satis longe petita , quae ad regem Ptolemaeum proprie pertinet ; altera , quae sumitur ex ipsa epistola , & regiae caussae statum explicat ; prior non aliena , posterior etiam necessaria . Rex Aegypti Ptolemaeus , Auletes dictus , quia tibiis canere , praeter dignitatem regiam , solitus esset , pater Cleopatrae , notissimae feminae , & eius Ptolemaei , cuius est iussu imperfectus Pompeius Magnus , societatem , & amicitiam populi Romani diu expeditam impetravit aliquando , Caesar & Bibulo cos . qua de re sic ipse Caesar lib . III . de bel . ci . Controuersias regum ad populum Romanum , & ad se , quod esset consul , pertinere existimans , atque eo magis officio suo conuenire , quod superiore consulatu cum patre Ptolemaeo & lege , & S.C. societas erat facta . Et in oratione pro Postumo : Non ei regi pecuniam creditit , qui alienus ab hoc imperio esset , sed ei , quicum foedus feriri in Capitolio uiderat . Eam autem societatem diu exoptatam esse a Ptolemaeo , nec nisi Caesare consule obtineri potuisse , intelliget , opinor , qui perpendet illud in ep . 16 . lib . 2 . ad Atticum . De rege Alexandrino , placuisse sibi , aliquando confici . Nam uerbum , Ali quando , negatam antea Ptolemaeo societatem , satis , ut opinor , ostendit . Nec uero minimam eius impetrandi honoris difficultatem Suetonius de-

A monstrat ,

Argumentum

monstrat, cum ait in Caesaris uita: Societates, ac regna pretio dedit, ut qui uni Ptolemaeo prope sex millia talentorum suo Pompeijq. nomine abstulerit. Porro cupiditas Ptolemaei tanta societatis, & amicitiae populi Romani, non solum ex eo nata, quia superiores fere omnes Aegypti reges, eundem honorem adepti, praesidium aduersis temporibus in fide, ac tutela Romanorum saepe maximum inuenierant; uerum etiam, quod ipse, nisi socius, amicusq. populi Romani appellaretur, stabilem sibi, atque tutam regni possessionem non putabat: idq. duabus causis, primum quod Alexandri regis, qui proximus regnauerat, testamento Aegyptus Romanis relictæ dicebatur: itaque ait Cicero in oratione prima in Rullum: Dicent decemuiri, id quod dicitur a multis, & saepe dictum est, regis Alexandrini testamento regnum illud populi Romani esse factum. Et in secunda in eundem: Quis uestrum ignorat, dici, illud regnum testamento regis Alexandrini populi Romani esse factum? Et paullo post: Video, qui testamentum factum esse confirmat: auctoritatem senatus exstare hereditatis aditae sentio, tum, quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. Hac igitur de causa, ne sibi regnum populus Romanus adimeret, Ptolemaeus timebat. accedebat altera, quod ipse, non modo Alexandri regis mortui filius, uerum nec e regio esse genere putabatur. itaque subiungit ibidem Cicero: Eum, qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio esse, inter omnes fere uideo conuenire. Ptolemaeum designat: de quo etiam paullo post, Qui sunt, inquit, isti decemuiri, quos perspiciamus regnum Alexandriae Ptolemaeo gratis adiudicatueros? Honor igitur ille societatis, & amicitiae populi Romani, uehementer optatus confirmandi regni causa, magnoq. emptus, necessitatem quandam Ptolemaeo attulit Aegyptios offendendi. nam, cum ab eis intolerabilia tributa exigeret, incurrit in eorum odia: ex quo multitudine concitata, uitiae suae timens, ex regno Romano profugit, Lentulo Spintherre, Metello Nepote cos. idest biennio post, quam in societatem, amici- tiamq. populi Romani receptus erat. Questus iniuriam, petiit, ut restituueretur, impetravitq. non magno negotio, uel Pompeij gratia, eius causam adiuuantis, ob amicitiam Mithridatico bello contractam; uel suffragante pecunia, clam multis data; uel etiam, quod regis bene de rep. meriti, (nam, ut Plinio referente cognoscitur, Pompeo, circa Iudaeam rem gerenti, octo equitum millia, Ptolemaeus suo sumptu miserat) & eius regis, quem senatus populusq. Romanus biennio ante, Caesare & Bibulo cos. socium atque amicum appellasset, iniurias ulcisci, non modo iustum, sed ex emplo etiam utile, speciosumq. uidebatur. His causis factum est S. C. referente consule P. Lentulo, ut sortirentur consules, uter eorum regem reduceret, idest, ut is reduceret, cui Cilicia prouincia obtigisset: quae obtigit Lentulo, nam,

nam, si Ciliciam Lentulus antea sortitus esset; coniici postea in sortem reductionem regis non oportuit, quippe cum ea Ciliciae proconsuli, cui prope in conspectu Aegyptus esset, ob facultatem rei perficiendae prorsus defenda uideretur. Hispania uero, quae obuenit Metello, ut in Appiano legimus, longissime ab Aegypto remota, omnino cum reductione regis Alexandrini coniungenda non fuit. Huius & S.C. & sortis in oratione in Pisonem mentio fit his uerbis: Auderet Gabinius, si non accerrime fureret, quam prouinciam P. Lentulus, cum & auctoritate senatus, & sorte haberet, interposita religione, deposuisset, eam sibi tum adsciscere, cum, etiam si religio non impediret, mos maiorum tamen, & exempla, & gravissimae legum poenae uetarent? Et in ea pro Postumo: Non latroni, sed regi credidit; nec regi inimico populi Romani, sed ei, cuius redditum consuli datum a senatu uidebat. Et in eadem: Non ad Gabiniū, cuius id negotium non erat, sed ad P. Lentuli, clarissimi uiri, auctoritatem, a senatu profectam, & consilio certo, & spe non dubia Romanam contenderat. Accedit huius epistolae testimonium, satis apertum, his uerbis: Hortensij, & mea, & Luculli sententia, ex illo S.C. quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas. Et in ep. 7. Nullum exstat S.C. quo reditio regis Alexandrini tibi adempta sit. Quae confirmat lib. xxxix. historia Dionis. Exeunte anno, cum Lentulus nondum in prouinciam iuisset, per C. Catonem tribunum pl. obiecta senatui religio est, prolato e Sibyllinis uersibus oraculo, ne rex cum multitudine reduceretur; si fieret, malo publico futurum. Tum factum est alterum S.C. referente de religione Marcellino consule; regem cum multitudine reduci, periculosem reip. uideri. De hoc S.C. sic in ep. 2. lib. II. ad Q. Fr. De rege Alexandrino factum est S.C. cum multitudine eum reduci, periculosem reip. uideri. Atque illam epistolam cum uideam xiv. Kal. Febr. scriptam esse, facile possum suspicari, hoc S.C. antequam haec ad Lentulum mitteretur, esse factum. nam neque idibus, quo haec die scripta est, neque posttridie, idest xvi. Kal. neque xv. factum esse, ex duabus constat epistolis, secunda, & quarta. Quod si quis, xv. Kal. idest pridie quam illam ad fratrem Cicero scripsit, decerni potuisse dixerit: antiqua confuetudine refelletur. senatum enim haberi per dies comitiales non licuit. comitiale autem fuisse diem, xv. Kal. Ian. non solum fasti dierum ueteres, sed etiam Cicero ipse in quarta docet epistola. nam, cum de senatu ad xv. Kal. habitu locutus esset, subiunxit: Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam, id quod scis, non potest. In ea etiam ad fratrem, cuius proxime sum usus exemplo, extractam ait rem obtrectatorum Lentuli calumnia, deinde comitiales dies esse consecutos: cum de senatu xv. Kal. habitu loquatur, ut in quarta significat huius libri: ubi, iisdem fere uerbis utens, Res, in-

A 2 quit,

Argumentum

quit, ab aduersariis nostris extracta est uarijs calumnijs. Ergo, ut redam unde diuerti, S. C. de religione ante hanc epistolam, id est ante Idus Ian. factum erat. Tertium S. C. cum fieret, ne quis omnino regem reduceret; id quod, ut haec docet epistola, P. Seruilius Isauricus censuerat; intercessum est. Senatus tamen uoluntas perscripta; quod, impedito S. C. fieri solitum est; ut memoriae traderetur, atque exstaret in publicis tabulis, quid senatus, nisi obstatisset intercessio, fieri uoluisset. Hac de re sic in ep. 7. Nullum exstat S. C. quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque, quae de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantum uim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse uideatur. Sublato igitur a religione exercitu, cum de rege reducendo deliberaretur, & alij eum honorem Lentulo, quem iam antea & S. C. & sortis beneficio acceperat, conseruarent, alij Pompeio mandandum, alij aliter censerent; uarietas opinionum rem extraxit; Catonis deinde tribuni pl. audacia disturbauit penitus, atque peruertit. nam & ab initio tribunatus, ut Fenestella docet apud Nonium, concionibus assiduis iniuidiam regi, ac Lentulo concitauit; & mox, lege etiam de abrogando Lentulo Ciliciae imperio promulgata, animos eorum, qui Lentulo fauebant, a minore cura ad summum timorem traduxit: Pompeium uero, in senatu aspere, & acerbe accusatum, eo redigit, ut consilium reducendi regis abiiceret. itaque rex, desperato senatus auxilio, confugit ad Gabinium, Syriae proconsulem: a quo, promissis ei decem talentorum millibus, (ea sunt HS bis millies quadringenties: ut ostendit Cicero in oratione pro Postumo) Pompeio etiam, qui cum Crasso tum consulatum gerebat, admodum pro eo contendente, facile impetravit, ut restitueretur. Ex eo postea Gabinius maiestatis accusatus, quod prouinciae suae finibus, contra legem Corneliam, excessisset, corruptis iudicibus absolutus est; mox tamen de repetundis in iudicium uocatus, defendantem, Pompeij rogatu, Cicerone, qui priore iudicio accusauerat, odio maxime prioris iudicij damnatus, publicatis bonis, in exsulum abiit: quem postea dictator Caesar restituit. Hinc illa in eum oblique coniecta in oratione contra Pisonem. Se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani, numen, interdictumq. deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem senatus, iussa populi, nomen, ac dignitatem imperij regi Aegyptio uendidit: in Aegyptum uenit: signa contulit cum Alexandrinis: cepit Alexandriam. Atque hoc loco foedam Appiani negligentiam dissimulare non possum, qui Gabinium, Pompeio tertium consule, de maiestate damnatum putat. in quo dupliciter peccat, primum temporis, deinde criminis inscientia. nam Gabinius biennio ante Pompeij tertium consulatum, Domitio, & Appio cos. non de maiestate, sed de repetundis damnatus est. utrumque docet

Dionis

Dionis historia: cui si fides abrogatur; ipse certe non refelletur Cicero; quo ego, praesertim in rebus illius aetate gestis, locupletiorem testem non quaero. is in epistola 15. ad Atticum lib. IV. & in epist. 4. ad Q. Fr. lib. IIII. prorsus patet facit avisognotas Appiani. Sed, ut redeam ad Aulem, pecuniae tantam uim Caesari primum ab eo datam, ut societatem populi Romani conserueretur, deinde Gabinio, ut electus restitueretur, forsitan mirari aliquis possit. qui si eius regis annua uictigalia nouerit; non dubito, quin mirari desinat. capiebat enim ex Aegypto, ut in quadam oratione Ciceronem scripsisse grauis auctor Strabo lib. XVII. memoriae tradidit, talenta annua duodecim millia quingenta. In tantiis opibus magni negotij non fuit, aut Caesari sex millia talentorum, aut Gabinio decem millia largiri, aut etiam, id quod a Varrone proditum Plinius narrat, octona millia equitum, Pompeio circa Iudaeam res gerente, sua pecunia tolerare, mille coniuinas, totidem aureis potorijs, mutantem uasa cum ferculis saginare. Hactenus de Ptolemaeo. Nunc, quae sit epistolae sententia, quo principio inducta, quibus distincta partibus, quo fine conclusa, uideamus. Ac primum; quod ijs, qui aliena negotia curant, amouenda in primis negligentiae suspicio est; orditur Cicero ab officio suo; operamq. a se in regio negotio nauatam ita significat, ut eximiam in Lentulum benevolentiam praesferat. mox regis, & eius amicorum studium, consulis, & consularium sententias, Pompeij familiarium contentionem, perfidiam amicorum exponit. quae qui attendat, rei difficultatem, ex Lentuli sententia conficienda, maximam uideat. nam ad regis uoluntatem, qui reduci a Pompeio, ciuitatis principe, cupiebat, Hammonius eius legatus, clam pecunia data, senatorum animos trducere conabatur. Senatorum autem alij, illius largitionis inuidia, regem oderant, reducendumq. prorsus negabant, ut Marcellinus, Seruilius, senatus maior pars: alij Pompeio rem deferri malebant, ut Volcatius, Afranius, Lupa, Libo, Hypsaens, omnes praeterea Pompeij familiares, quos, pro summa eius auctoritate, & gratia, plurimos fuisse par est: non nulli, ut Crassus, reducendum quidem regem, sed sine exercitu, Sibyllae uersibus admoniti, censemebant. Horum tria uideo genera fuisse. nam, cum omnes in tuenda religione consentirent; non tamen omnium in ratione reduendi sensus idem erat. Placebat Crasso consulari, a tribus legatis, uel priuatis, uel ijs etiam, qui cum imperio essent, regem restituui: ita neque Pompeius, neque Lentulus, qui cum imperio erant, excludebantur. Placebat Bibulo, item consulari, a tribus priuatis: ita Pompeio, & Lentulo locus erat. Contra Hortensius, Lucullus, Cicero, ipsi quoque consulares, ab uno Lentulo, Ciliciam cum imperio administrante, reducendum censemebant: quod anno superiore, ipso Lentulo consule referente, senatus decreuerat. Quae si perpendantur singula: paene res a Lentulo remota videbitur.

bitur. nam, si Marcellini, & Seruiliū de non reducendo rege ualeat opinio: iacet negotium. Si Pompeij familiares uincunt: Lentulo reiecto, Pompeius decernitur. Si de legatis priuatis Bibuli sententia probatur: aequē Lentulus, & Pompeius, qui cum imperio erant, rei ciuntur. Si Crassus auditur, ut inter legatos locum habeant ij, qui cum imperio sunt: oritur inter Lentulum, & Pompeium de reductione contentio: nec dubium, quin Pompeius obtineat, honoribus, & meritis in rem p. ciuitatis facile princeps. unicum igitur in Hortensiū, Luculli, Ciceronis sententia perfugium. Sed hic etiam aduersantur multa: primum, senatus uoluntas, a rege, propter apertam larcinationem, alienior; deinde, corrupti ab Hammonio, regis legato, non pauci; qui rem ad Pompeium deferri omnes uolebant; postremo, ipsius Pompeij familiares, & in ijs tribuni pl. aliquot, parati ad intercedendum, si pro Lentulo S.C. fieret. Addo illud, quod Ciceronis, quia Lentuli beneficio obstrictus uidebatur, in causa regia minor erat auctoritas; gratia uero eius, ut magna esset, maiore tamen Pompeij gratia uincebatur. Nec uero, adempto exercitu, quod Cicero etiam, Hortensius, Lucullus religionis causa probare cogebantur, magnopere erat, cur eam reductionem Lentulus expeteret: quippe qui uereretur, ne, respuentibus regem Alexandrinis, quos cogere sine armis nequiret, infecta re cum aliquo dedecore discederet. Quocirca praeclarum in hac epistola Ciceronis artificium licet animaduertere: qui neque sperare Lentulum iubet, cum desperandum potius intelligat; neque tamen prorsus eum abducit a spe, ueritus ne hominis amicissimi, optimeq. de se meriti, fortasse etiam, ipsius opera Ciceronis, optatum rei exitum exspectantis, animum offendat. nam in eo loco: In senatu sic egit causa tuam, ut neque eloquentia maiore quisquam, neque grauitate, nec studio, nec contentio ne agere potuerit: Pompeium optime animatum erga Lentulum significat. Infra uero, cum subiungit: Quae res auget suspicionem Pompeij uoluntatis: Et paullo post: In eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere uideatur: Et in eo: Quod Pompeio se gratificari putant: id ipsum, quod promiserat, in dubium reuocat. Quod si qui erant, qui Pompeij causa nolent; ij nec Lentulo, qui antea Pompeium ornauerat, fauebant. Ita Lentulo spes omnis infirmatur: cum uel amicos Pompeij aduersarios habeat; uel, qui alieniores Pompeios sint, amicos ipse habere non posset. Callide autem, ne sua culpa res inclinasse uideatur, inducit illa quasi excusationis loco: Ut in rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domestis Pompeij clam exulceratis, deinde palam a consularibus exagitatis, & in summam iniuidiam adductis, ita uersamur. Scripta est epistola, Cn. Cornelio Lentulo Marcellino, L. Marcio Philippo cos.

M.Cicero

M.Cicero S.D.P.Lentulo procos. I.

Ego, omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus, milii ipse numquam satisfacio. tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum; ut, quoniam tu, nisi perfectare, de me non conquiesci, ego, quia non idem in tua causa efficio, uitam mibi esse acerbam putem. In causa haec sunt. Hammonius, regis legatus, aperte pecunia nos oppugnat. res agitur per eosdem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur. regis caussa, si qui sunt, qui nolint, qui pauci sunt; omnes rem ad Pompeium deferri uolunt. senatus religionis calumniam, non religione, sed malevolentia, & illius regiae ligationis inuidia, comprobat. Pompeium & bortari, & orare, & iam liberius accusare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus: sed plane nec pre cibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit caussam tuam, ut neque eloquentia maiore quisquam, neque grauitate, nec studio, nec contentione age re potuerit; cum summa testificatione tuorum in se officiorum, & amoris erga te sui. Marcellinum tibi esse iratum scis. is, hac regia caussa excepta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. quod dat, accipimus: quod instituit referre de religione, & stetpe iam retulit, ab eo deduci non potest. Res ante idus acta sic est: nam haec idibus mane scripsi. Hortensi, & mea, &

Luculli sententia cedit religioni de exercitu: (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo S. C. quod te referente factum est, ibi decernit, ut regem reducas: quod commodo rem facere possit: ut exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus tres legatos decer nit, nec excludit Pompeium; censet enim etiam ex iis, qui cum imperio sunt: Bibulus tres legatos ex iis, qui priuati sunt. huic assentientur reliqui consulares, praetor Seruilius, qui omnino reduci negat oportere; & Volcatius, qui, Lupo referente, Pompeium decernit; & Afranius, qui assentitur Volcatio; quae res auget su spicionem Pompeii uoluntatis: nam aduertebatur, Pompeii familiares assentire Volcatio. Laboratur uehementer. inclinata res est. Libonis, & Hypsaci non obscura concursatio, & contentio, omniumq. Pompeii familia rium fidium, in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere uideatur. cui qui nolunt, ijdem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici. Nos in caussa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus. gratiam autem nostram extinguit hominum sufficio, quod Pompeio se gratificari putant. Ut in rebus multo ante, quam proscetus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac dome sticis Pompeii clam exulceratis, deinde palam a consula ribus exagitatis, & in summam inuidiam adductis, ita uersamur. nostram fidem omnes, amorem tui absentis, praesentisq. cognoscemus. si esset in iis fides, in quibus sum ma esse debebat; non laboraremus. Vale.

EXPLANATIO

TULLIUS, CICERO { Me puero, Romanorum nominum obscura doctrina, & perdifficilis habebatur. nos fortasse primi nostris Commentarijs adiumenti hoc in genere aliiquid attulimus: sed proxime, quae ad hanc notitiam pertinent, praeclare omnia collegit, auctor optimus antiquitatis, Carolus Siganus. Hic si dixerim, Marcus, prae nomen esse; Tullius, nomen; Cicero, cognomen; & haec tamen omnia, sine discrimine, a ueteribus nomina interdum appellari; tribusq. fere nominibus Romanos uti solitos esse, ut, M. Tullius Cicero, C. Iulius Caesar, Ser. Sulpicius Rufus; nonnumquam quatuor, ut, C. Calpurnius Piso Frugi, Cn. Cornelius Scipio Nasica; duobus interdum, ut, C. Marius, L. Gellius, Q. Hortensius, M. Antonius: numquam uno; cum nec praenomine quisquam, nec gentilicio nomine careret; licet multos ipso tantum praenomine, ut, Appius, Manius, Seruius, notos fuisse non ignorem: haec, inquam & similia si dixerim, putem me dicere, quae nota sunt. Quod ad Tullios attinet, patricij primum, deinde plebeij generis fuere. auctor ipse Cicero in Bruto: Vt si me, inquit, a M. Tullio esse dicerem; qui patricius anno decimo post reges exactos cum Ser. Sulpicio consul fuit. Plebeia uero gente natum illum M. Tullium, qui cum Cn. Cornelio Dolabella anno urbis DCLXXIII consulatum gessit, nemo, opinor, infinitabitur, qui & Dolabellas patricios fuisse, & duos patricios ueteri lege simul esse consules non potuisse cognoverit. Hoc nomen a Tullo praenomine, quo rex Hostilius usus est, deriuatum nonnulli credidere. Cicerones dicti a cicero serendo, ut Lentuli a lente, Fabij a faba, ut ait Plinius lib. xxi x. cap. 3. quamquam Priscianus lib. 2. tradidit, qui primus Cicero dictus est, cum ab habitu faciei ita nominatum; & quod agnomen in illo fuit, cognomen in posteris fuisse: similiter, Caesar, Scipio, quac primum agnomina fuere, in cognomina transisse. **P. LENTULO** { Corneliae gentis patriciae. nam & Cornelij plebeij fuere, ut ille C. Cornelius, qui, post tribunatum plebis, a Cicerone defensus est: & P. Cornelius tribunus pl. in ep. 7. lib. 11 x. & patricij distinguuntur a plebeis lib. 11. de Leg. in eo loco: Sulla primus e patricijs Cornelij igni uoluit cremari. Ex ipsa autem gente patricia prolixere familiae multae, diuersis distinctae cognominibus, ut Maluginenses, Cossi, Ruti, Scipiones, Blasiones, Sullae, Merulac, Lentuli, Cethegi, Cinnae, Dolabellae: qui cum essent eiusdem gentis, eiusdem ramen familiac non erant: ut in Claudia gente Nero nes, & Pulchri, patricij; at Marcelli, plebeij; qui omnes recte gentiles dicuntur, eiusdem familiae non recte: quod ipsa cognominum uarietas declarat. Hic Lentulus eximiam in aedilitate liberalitatis, & magnificientiae laudem est adeptus; unde illud ep. 7. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis.

beralitatis. Et lib. i. Off. Omnes P. Lentulus, me consule, uicit superiores. Et Valerius Max. lib. ii. cap. i. Claudius Pulcher scenam uarietate colorum adumbrauit, uacuis ante picturam tabulis extentam: quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus practexuit: uersatilem fecerunt Luculli, argenteris choragijs P. Lentulus Spinther adornauit. Numeratur inter oratores in Bruto, his uerbis: Publius ille, nostrarum iniuriarum ulti, auctor salutis, quidquid habuit, quantumcumque fuit, illud totum habuit e disciplina. instrumenta naturae deerant: sed tantus animi splendor, & tanta magnitudo, ut sibi omnia, quae clarorum uirorum essent, non dubitaret adsciscere, eaq. omni dignitate obtineret. Cognomen Spintheris, ut Valerius Max. lib. ix. cap. 15. docet, a quadam affeclarum accepit. Plinius autem lib. vii. cap. 12. cum Spintherem secundarum partium histriorum uocat. A similitudine certe cognomen hoc ortum est. nam Quintilianus lib. vi. cap. 2. de risu, Acriora, inquit, sunt, & elegantiora, quae trahuntur ex uirorum in his maxime ualeat similitudo, si tamen ad aliquid inferius, ieiuniusq. referatur: qua iam ueteres illi iocabantur, qui Lentulum Spintherem, & Scipionem Scapionem esse dixerunt. Spintherem tamen Cicero numquam Lentulum appellat, opinor, quia contumelia uideretur. Caesar, ab eo laetus, quia fuit in praefidijs Pompeij, Spintherem uocat lib. i. de bel. ci. item Sallustius in Coniuratione Catilinae. ueteres tamen numeri, Spinther, habent. Hoc ad filium eius transiisse cognomen, Cicero ostendit ep. 51. lib. xi. ad Att. & 10. lib. xvi. ad eundem Appianus lib. iii. bel. ci. Plutarchus in Caesare, Dio lib. xxxix. PRO COS. cum Suetonius, & Plinius, Proconsulatus, Gellius, & Valerius Max. Proconsulare, unico uerbo, dixerint; uidetur Proconsul, dicendum esse, & coniuncte semper scribendum, ut uarietur cum antecedente nomine, hoc modo: Lentuli proconsulis, Lentulo proconsuli, Lentulum proconsulem. ueteres contrahebant, Procos. itaq. scriptum in lapidibus Capitolinis animaduerti, librarij postea uel unico uerbo, Proconsul, proconsulis, proconsuli, uariatis casibus, scripsere; uel disiuncte, in omni casu, Pro consule. ego, si liceat utrum uis, malim scribere, Proconsul, proconsulis, proconsuli, quam, Pro consule: in quo me ualde mouet similitudo; cum dicatur, Pronepos, pronestos, pronesti, & Proauus, proaua, non Pro nepote, & Pro auo. quod si conceditur: (nec dissentire quemquam video) ualeat eadem ratio in Proconsul, Propraetor, Proquaestor, & similibus. Nec moueor, quod in oratione pro lege Manilia dicatur, mitti Pompeium ad bellum Mithridaticum non pro consule, sed pro consulibus. respexit enim, cum ita loqueretur, L. Philippus ad originem, & significationem nominis compositi, non ad morem scribendi, aut loquendi. Non negauerim, in antiquis quorundam lapidum inscriptionibus inueniri, Pro praetore, pro, Propraetori: sed in ipsisdem lapidibus, Proconsuli, licet uidere, non Pro consule, exempla subiungam.

POPVLONII

L. ARADIO. VAL. PROCVLO. V. C.
LEGATO. PRO PRAETORE. PROVINCIAE. NVMIDIAE
PROCONSVLI. PROVINCIAE. AFRICAE. VICE
SACRA. IVDICANTI. EIDEMQ. IVDICIO. SACRO
PER. PROVINCIAS. PROCONSVLAREM &c.

In alijs uero inscriptionibus opinio nostra plane comprobatur, ut in his.

HONORI

MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C.
NOBILITATE. ACTIBVSQ. AD. EXEM
PLVM. PRAECIPVO. PRAEFECTO. VRBI
ET. ITERVM. PRAEFECTO. VRBI. PROCON
SVLI. AFRICAE

SEXTO. PETRONIO. PROBO
ANICIANAE. DOMVS
CVLMINI. PROCONSVLI
AFRICAE

FABIO. TITIANO. V. C.
CORRECTORI. FLAMINIAE
ET. PICENI. CONSVLARI
SICILIAE. PROCONSVLI
PROVINCIAE. ASIAE

C. CEIONIO. RVFIO. VOLVSIANO. V. C.
CORRECTORI. ITALIAE. PER. ANNOS. OCTO
PROCONSVLI. AFRICAE

Habemus aliorum quoque lapidum testimonia: sed haec sumiant, ne latietatem afferat copia. Diuus Augustinus in libro de Grammatica auctor est, aetate sua non, Proconsul, sed Pro consule, nominandi casu, usitatum

usitatum fuisse; ueteres autem non Pro consule, sed Proconsul, unico uerbo dixisse. Ab E littera uocali, inquit, nullum Latinum, nisi iuncta praepositione, masculinum inuenitur, ut Pro cōsule, Pro praetore, ergo, iuncta praepositione, sunt Latina, ut dixi, Pro praetore, Pro quaestore, nam ueteres nominatiuo casu, Pro consul, dicebant, attendentes nullum nomen apud Latinos uirilis generis in E exire. Antiquam consuetudinem & Priscianus lib. 2. comprobauit his uerbis: Praepositionis est, uel separatis casuibus praeponi, ut, de rege, apud amicum; uel coniunctim, ut, interitus, iunctus, proconsul, infisiens. Venio nunc ad significationem nominis. Proconsul erat, qui, gesto consulatu, ibat in prouinciam. hoc uulgo notum est: illud fortasse non item, de quo doctos olim uiros memini dubitare, Proconsules acque dici interdum solitos esse, qui ex praetura in prouinciam profecti essent. ne longe abeam: Q. Metellus Celer ep. 1. & 2. lib. v. proconsul appellatur. quod ne quis in dubium reuocet, quasi suspecta epistolarum inscriptione, Tironis, qui eas collegit, arbitratu facta; recitemus, ut scrupulus dubitantibus omnis eximatur, uerba Plini ex lib. 2. cap. 67. Nepos, inquit, de septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afrani in consulatu collegae, sed tum Galliae proconsuli, Indos a rege Sueorum dono datos. Et ep. x1. lib. x1. Cassius proconsul uocatur, qui tamen consulatum non gesserat. Iam, lib. 1. de leg. ita scriptum est: Gellius, cum proconsul ex praetura in Graeciam uenisset, philosophos in locum unum conuocauit. Et in oratione in Vatinium C. Cosconium proconsulem uocat ulterioris Hispaniae, qui consulatum non gesserat. Et in oratione pro Ligario, C. Considius praetorius, proconsul. Item M. Antonius lib. 7. de oratore. Et Liuius lib. xxxvii. L. Aemilius Paullum proconsulē appellat, qui praetor in ulteriorē Hispaniam ierat. Suetonius etiam de C. Caesare propraetore, In Hispania, inquit, proconsul a socijs pecunias accepit, emendicatas in auxilium aeris alieni. In Augusto, cum loquatur de Q. Cicerone praetorio, Proconsulatum, inquit, Asiae parum secunda fama administrantem. Addo C. Caninium Rebilum, C. Sallustium Crispum; quos, consulatu nondum gesto, proconsules Hirtius appellat in lib. de bello Africo. & in eodem libro Allienum, qui Siciliam obtinebat, modo praetorem, modo proconsulem: ad quem Ciceronis epistolae lib. xiiii. inscribuntur, Proconsuli: item ad alios in eodem libro, qui consules non fuerant. Et in lapidibus Capitoliniis anno DCLIV. nominatur L. Dolabella proconsul, consulatu nondum gesto. Neque solum, qui post praeturam ibat in prouinciam, proconsul uocabatur; sed contra, qui post consulatum, praetor. itaque Cicero in epistola ad Sallustium lib. 2. praetorem appellat Bibulum, post consulatum Syriam administrantem. Et ep. ult. lib. v. ad Att. Quod praetori dare consuevit: pro, proconsuli: quia duo proconsules, Lentulus, & Appius, ante Ciceronem, Ciliciam, Cyprumq. rexerant. Et P. Rutilius, qui consul fuerat, praetor dicitur in Verrinis orationibus: & C. Caesar, cum Gallias post consulatum administraret. praetorem etiam, cum in prouincia consul bellum gereret, P. Scipionem a Liui appellari uideo. Pedianus autem, cum de Q. Mucio Scaenula, Asiam post consulatum regente, loqueretur, praetorem uocauit. Quodq. miremur magis, quaefores, a decadentibus proconsulibus prouinciae praefectos, animaduersti proconsules interdum nominari, ut Sallustium, & Sextium, lib. 2. & 5. familiarium: quod epistolarum inscriptiones, ueteribus in libris a me diligenter inspectae, significant. nam si, proconsul loco, prouinciae curam suscepereunt; consentaneum uidetur, eadem eos potestate, eodem imperio fuisse. alioqui, si bellum aliquod exoriretur, rem militarem gerere qui licuisset? itaque primo anno quaefores, secundo, & tertio, si proconsul loco prouinciae praescerent, proquaefores, & interdum, ob imperium in eos translatum, proconsules dicebantur, interdum etiam propraetores. nam Sallustius in Iugurthino A. Albinum a Spurio fratre consule, Romam, comitorum caufa, decadente, propraetorem relictum demonstrat. Accepto igitur imperio, quod, hostibus propinquis, ratio temporis exigebat, & proconsul, & propraetorum nomina quaefores assumebat. Proconsulem autem per triennium fuisse Lentulum in Cilicia, & haec prima epistola, scripta Marcellino & Philippo cos. & nona, Appio & Domitio, demonstrant. post triennium decessisse, cognoscitur ex eo, quod Appius ei statim post consulatum succedit. Omnino lege Sempronia C. Gracchi, & Cornelia L. Sulla, prouinciae erant annuae: tamen interdum prorogabatur imperium, ut Lentulo, cui succedit Appius, & Appio, cui Cicero, praeterea Q. Ciceroni, cum Asiae praefecset, C. Antonio, Macedoniae proconsuli, C. Caesari, Galias administranti, de quo ep. 7. Et stipendum Caesari decretum est, & decem legati: &, nc lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Prouincia Lentuli Cilicia est appellata: quamquam Asiae quoque parti praefecset: ut ostendit epistola, Periundae. nec uero Ciliciam administrabat uniuersam: quod epist. 1. lib. xv. declarat: &, in Ciliciac parte, regem fuisse Tarcondimotum, Dio libro xl1. & xliv. & Strabo lib. xiv. significat.

EGO. OMNI. OFFICIO, ac potius pietate } Epistolarum omnium quae materia sit, quaeq. nos hortentur saepe, interdum etiam impellant ad scribendum cauſae, diu saepe, ac perattente cogitauit. artem enim quasi quandam, quae uiam ad inuentione patet faceret, inuenire cupiebam. Atque in hoc meditandi studio cum occurrisserent plurima, eaq. admodum diuersa; tandem aliquando, inspecta rei cuiusque natura, atque ui, ad duo quaedam capita referri posse omnia uisum est: quoru alterum graue ήθον, alterum πραγματικόν uocatur, nos morale, & negotiale possumus appellare. omnium enim epistolarum argumenta uel a negotio, uel ab officio, tamquam a duobus fontibus, deducuntur. Negotiales, quo res in statu sit, siue nostra, siue aliena, siue priuata, siue publica, significant. nec, si quae sunt, in quibus aliqua de re disputatur, ab hoc genere disiungo. nostrum enim negotium uidetur esse, si ulti scribimus; aliorum, si rogati. quamquam disputationes remouet ab epistola scriptor egregius Demetrius, at non Latini: nam Varro quaestiones multas epistolis explicauit, ut Gellius, & Carilius docent: & Valgus Rufus, ut idem Carilius ostendit,

B dit,

dit, scripsit de cibis per epistolam quae sit. Morales officia in potius, quam negotiorum, continent. quod genus late patet, hinc enim emergunt, quaecumque aut humanitatis, aut benevolentiae, aut alicuius omni no uirtutis aliquam significationem habent; ut commendaticiae, & consolatoriae, laetitiam, aut dolorem indicantes, admonentes, hortantes, querentes, obiurgantes, gratias agentes, & ut summatum complectar, quae materiam a negotio non sumunt. Tertium quoddam genus, ex utroque mixtum, reperiri non negaverim: sed hoc ut acqualiter ex utroque constet, id est ut eae causae, quae ad scribendum adduxere, graues aequae sint, nec morales negotialis, aut negotiales moralibus inveniuntur, per quam raro solet evenire. quod si morale, aut negotiale in epistola mixta excellat; (quod autem, ut ea scriberetur, uehementius impulit, id dico excellere) quis dubitet, quin, quae res in ea plus habet ponderis, eadem ei nomen tribuat? Non enim in assignando genere uel partes numerandae sunt, uel longitudinis habenda ratio est. possunt esse plures morales partes, quam negotiales; aut, si pauciores sint, uel una esse longior, quam negotiales omnes: nec tamen ad morale genus epistola pertinebit. quo enim, ut iam dixi, praecepit adducimus ad scribendum, id, siue multis, siue paucis uerbis exponatur, epistolas facit aut negotiales, aut morales. Ac morales quidem in simplici plerumque uersantur argumento; suisq. quasi finibus contemnunt negotiale materiam non attingunt: negotiales contra, non quia necesse sit, sed quia deceat, morale saepe aliquid assumunt. Possum probare exemplis, possum auctoritate eorum, qui de epistolis praecepta tradiderunt: sed ipsa quoque in promptu ratio est. quis enim, cum scribit, quod uel sua, uel eius, ad quem scribit, intersit, aliquam rei persicendi cupiditatem non exponit? quis ad ea, quae restant, curam, & diligentiam non pollicetur? quis aut, confecto negotio, non lactatur, aut, desperato, non dolet? quae interdum grati animi, humanitatis quidem semper signa sunt. Moucor etiam non leuiter auctoritate Demetrii, scriptroris accurati in primis, & docti. Πλάσον, ait, ἐχέτω τὸ θεῖον ὑπειπολήν, ὥσπερ καὶ οἱ διάλογος σχεδόν γαρ ἔκαστας τῆς εἰστρέψεως ψηφει τὴν ἐπιπολήν. Exempla uero, ne, quod adestr, longe petamus, ad Lentulum scriptae epistole suppeditant. negotiales enim omnes fere sunt: & his tamen morales Cicero sententias libenter admiscent, nimirum officij causa; ut, in patriam opera, ac uirtute Lentuli reuocatus, tanti beneficij memoriam, & remunerandi studium declareret. fortasse etiam, ut ingenio ualebat, ad officium artem adhibuit. nam, quia morales in primis ad conciliandam benevolentiam idoneae sententiae sunt; iccireo, futurum intelligens, ut negotiale huius primae epistolae partem, id est narrationem, Lentulus non admodum libenter legeret, quippe quae aduersa paene omnia, & inclinatam rem ostenderet; eam molestiam moralis principio leniendam putauit. ad leniendum autem, si cetera deficiant, ipsa tamen amoris, & grati animi significatio multum ualeat. & grata uoluntas societate quadam eiusdem doloris ostenditur. dolor autem Ciceronis, in Lentuli causa suscepimus, quod singulari quodam studio ualde tamen non proficiat, cum ex ipsa sententia, & ex hoc toto orationis ambitu, tum uero ex his maxime primis uerbis, unde oritur sententia, colligitur: Ego omni officio, ac potius pietate. nam & in, Ego, uis est; & augetur in, Omni officio; & cumulatur demum correctione proxima, Ac potius pietate. officium enim amoris expers esse potest, & communiter in omnes conuenit: nomen autem Pietatis quiddam etiam grauius, quam amor, significat: itaque non communiter in omnes, sed proprie conuenit in deos, quibus omnia debemus: deinde in patriam, atque in parentes; quorum caritas proxime accedit ad deos: tertio loco, erga omnes propinquos: postremo, erga optimae meritos; quos diligere ut propinquos, & colere parentum fere loco, aequum est. Quae singula eodem, quo proposuimus, ordine probemus. Ac pietas quidem in deos multis cognoscitur exemplis; quorum pauca recitabo. de Nat. de lib. 1. Pietas, sanctitas, religio pure, & casta tribuenda sunt deorum numeri. Et infra, ibidem: Pietas est iustitia aduersus deos. Et lib. 111. de Fin. Nec uero pietas aduersus deos, nec quanta ijs gratia debeatur, sine explicacione naturae intelligi potest. Et pro domo: Nec est uilla erga deos pietas, nil honesta de nomine corum, ac mente opinio. Et lib. 2. Officiorum: Pietas & sanctitas deos placatos efficiet. Et in Topicis: Aequitas tripartita dicitur esse, una ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. prima Pietas, secunda Sanctitas, tercia Iustitia, aut Aequitas nominatur. Quae uero ad parentes, propinquos etiam, licet non bene meritos, pertinent, haec sunt. lib. 2. de Inuent. Pietas est, quae erga patriam, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat. Pro Flacco: Nimia pietas, & sumimus amor in patriam. De somnio Scipionis: Iustitiam cole, & pietatem; quacum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est. Et in Bruto: Utinam C. Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriae, praestare uoluisset. Pro Coelio: Pietas in parentes, indulgentia in liberos. Pro Plancio: Omittit illa, ut uiuat cum suis, primum cum parente: nam pietas fundamentum est omnium uirtutum. Et Acad. lib. 2. Adolescentis admodum cum fratre, pari pietate, & industria praedito, paternas inimicitias est percusus. Et ad Att. ep. 3. lib. vi. Cum bellum esse in Syria magnum putetur; uideatur ne pietatis esse meae, fratrem relinquere. Pro Quintilio: Si pietate propinquitas colitur; qui affinem prodit, impius sit, necesse est. Et ad Thorarium, ep. 20. lib. vi. Hic tui omnes ualent, summaq. pietate te desiderant. Atque haec uno loco omnia, in oratione pro Plancio, comprehenduntur. pietas enim definitur, grata uoluntas in parentes, in patriam, in deos, in amicos: eaq. tribus modis laudatur, ut uirtus, ut uirtus maxima, ut uirtutum reliquarum omnium mater. Exemplum pietatis etiam parentum in filios unum Ciceronis afferam ex ep. 36. lib. xiiii. Domo sibi carendum propter matrem, plenam pietatis. Alterum Catulli:

Egregium narras mita pietate parentem,

Qui ipse sui gnati minxerit in gremium. Deorum in homines. Statius in Silu. Vera deum pietas. Extremum restat de pietate in bene meritos. quo ex genere hoc ipsum est: Ego omni officio, ac potius pietate

rate erga te. & ep. 9. Periucundae mihi fuerunt litterae tuae ; quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem : quid enim dicam , benivolentiam ? cum illud ipsum grauiissimum, ac sanctissimum nomen Pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur. Et in eadem, in extremo : Sunt enim testes meritorum tuorum erga me, meaeq. in te pietatis. Cur autem, cum id, quod dijs hominibusq. debemus , proprio Pietatis nomine totum exprimatur, non eodem nomine erga Lentulum. Cicero titeretur, quem in utraque post redditum oratione non modo parentem, uerum etiam deum suae salutis, uitae, fortunae, memoriae, nominisq. vocat? sic in ep. ad Curionem lib. 2. cum Milonem commendat, bis nomen Pietatis usurpat ; quod, eo adiutante, patriam recuperauerat. Et alibi saepe. Quod autem in primis quattuor uerbis, Ego omni officio, ac, uocales concurrere passus est ; in eo etiam moralis uirtus eluet, laborare enim uidetur, quod amansimi hominis est, de re potius, quam de uerbis. itaque hanc indiligentiam non solum a reprehensione uindi cat, uerum etiam cum aliqua laude coniungit in Oratore. Habet, inquit, ille tamquam hiatus, concursu uocalium, quasi molle quiddam, quod indicet non ingratam negligenteriam de re hominis magis, quam de uerbis, laborantis. Et in eodem libro, infra : Nemo est tam rusticus, qui uocales nolit coniungere. in quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas litteras tantopere fugerit : etsi id magister eius Isocrates, at non Thucydides, ne ille quidem, haud paullo maior scriptor, Plato. Demosthenes tamen magna ex parte concursionem uocalium, ut uitiosam, fugit. sed Graeci uiderint nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere uocales concedit. Haec ille : qui tamen paullo post, non debere admodum crebro uocales uocalibus occurrere, indicat his uerbis: Hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent. Gellius & in poetis hoc probat lib. vii. cap. 10. aitq. suauius esse in Virgilio - Vicina Vesuuo Ora iugo , quam, Vicina Vesuuo Nola iugo : & apud Catullum, Ebriosa acino ebriosioris. Dicitur est de generibus epistolarum : quibus demonstratis duplex occurrit animaduersio , primum, quae utrique sint aptae generis sententiae ; deinde, quibusnam sententiae uerbis enuncientur. Ac licet, nisi fallor, simul utrumque complecti , & ita definire : Epistola consuetudinem fere quotidiani sermonis debet imitari . nam, si, quod inter longe remotos nequaquam uox & lingua praestare potest, id bono litterarum consequimur, ut ijs de rebus , quae uel nostra, uel amicorum intersint, communicemus : profecto nihil aliud, quam imago quaedam sermonis, uidetur epistola. idem sensit Artemon ille, qui descripsit epistolas Aristotelis : quem dixisse Demetrius ait, oportere eodem stylo & dialogum scribi, & epistolas: esse enim epistolam dialogi partem . Sententias tamen interdum grauiores, quam dialogus, & maiorem elegantiam admittit epistola ; non modo quia studio, curaque, maiore scribimus, quam loquimur ; uerum etiam, quia, cum ad principes uiros, aut etiam ad ciuitates litteras mittimus, quod interdum euenire solet, habenda omnino uidetur personarum ratio ; & in eo paulum se tollat epistola, non modo licet, uerum etiam necesse est, quales enim putemus fuisse epistolas illas, quibus uiri eloquentes, & docti, atque ipse in primis Aristoteles Alexandrum Magnum, incensum cupiditate uerissimae gloriae, cohortabatur ad decus ? iam uero, quae leguntur Demosthenis ad Philippum, habere eas quiddam amplum, longeq. distare a communi sermone, negari non potest . Nec desunt Ciceronis in hoc genere nonnullae, ut illa ad Luccium lib. v. de sui consulatus historia separatis componenda ; & illa ad Dolabellam lib. ix. qua ei de sublata columna, & ijs, qui eam Caesari mortuo, tamquam deo, in foro erexerant, supplicio affectis, gratulatur. in illa uero ad Lentulum, quae incipit, Periucundae, partes multae sunt, in quibus aliquanto maior uel uerborum copia, uel sententiarum splendor apparet, quam dialogatio, & natura postulet. Age, quid in ea dialogo simile reperitur, in qua M. Brutus Ciceronem accusat, quod suppliciter nimis, ac demissus ad Octauium scripsisset? Verum hoc, quidquid est licentiae, prudentia moderatur. ceterus, personarum dignitas, res ipsa, quoisque progreedi liceat, ostendit. Proprie uero & simplici argumento, & simplici stylo contentae sunt epistole. Recte, & festiuue Cicero ad Paetum: Quid tibi ego uideor in epistolis? non ne plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo . quid enim simile habet epistola ait iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare uno modo : epistolas uero quotidianis uerbis texere solemus. Idem tamen, qui hoc praecepit, non usquequa seruat suam regulam : indulget enim ingenio nonnumquam, & epistolas concinnat, atque ornat uerbis aliquanto illustrioribus, quam quae populo familiaria, & communis sermone trita sunt. sed hoc eiusmodi est, ut, immodice, ac temere si fiat, fastidium pariat, & in reprehensionem incurrit ; sin modice, & loco, delebet sine satietae, & laudem assequatur. decet igitur idem, & dedecet, pro utentis ingenio ; quod alijs quoque rebus contingit. Hac uirtute uel solus inter Latinos, ut mihi quidem uidetur, uel certe maxime omnium Cicero excelluit. Demosthenem quidem ita uicit, ut comparatio nulla sit: quod Quintilianus quoque uidit. Breuitas laudatur in epistolis: iure quidem : breui enim sermone magis capimur, quam productio : uerum in omni re modus est : & peccat eodem fere modo, qui multa paucis contrahit, & qui pauca diffundit in multa. Praeclarus Gregorius Nazianzenus, qui utroque uirio laborant, eos iaculantibus comparat, ita mittentibus telum, ut uel supra scopum, uel infra feratur, utrique enim errant pariter, licet contrario modo. Hic mihi committendum non possum, quando de epistolis agitur, ut fraudentur studiosi pulcherrima ipsius Gregorij, uiri eloquentissimi, epistola, in qua prudenter & ingeniose, quae ad hoc ipsum scribendi genus attinent, omnia persequitur, sic, ut ne Demetrius quidem ille, quem supra appellauimus, uel plura, uel meliora tradiderit.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ

ΝΙΚΟΒΟΥΛΑΩ.

ΤΩΝ γεαφόντων ὄπισολάς, ἐπειδὴ καὶ τῦτο αἰτεῖς, οἱ μὲν, μακρότερα γεάφεσιν, ἕπερ εἴκος: οἱ δὲ, καὶ λίγαι ἐνδέεσσερα: καὶ ἀμφότεροι τὸ μέτρον διαμαρτάνουσιν, ὥσπερ τῷ συνοών οἱ τοξεύοντες, ἀπέ εἰσιν ἀθέμωσιν, ἀντε περιέμπτωσι. τὸ γὰρ ἀστοτυχάνειν ἴσον, καὶ ἀντε πολλὰ τὰ περάματα: οὐτε μικρολογυτέον, ἔνθα πολλά. τί γαρ ἡ τῇ Περσικῇ χοίω μετρεῖται δὲι τῷ σοφίᾳ, ἢ παιδικοῖς πῆγεσι, καὶ σύντοις ἀτελῆ γεάφεσιν, οὓς μηδὲ γεάφεσιν; αλλὰ μικρέσται τῷ σκιῶν ταῖς μεσομετρίαις, ἢ τῷ πέντρῳ ταῖς κατὰ περιστώσας, ὃν σωματάνει τὰ μήκη: καὶ τῷ περιφερεῖται μᾶλλον, ἢ φάνεται, τῷ ἄκρῳ τοῦ γνωριζόμενα: Εἴτη, πῶς ἀντιποιμενικῶς; εἰκασμάτων εἰκάσματα, δέοντα ἀμφότερων φύγοντα τῷ ἀμετρίᾳ, τῷ μέτρῳ κατατυχάνειν. Περὶ μὲν τῆς συντομίας, ταῦτα γνωστά. Περὶ δὲ σαφίωνεις, ἐκείνῳ γνώριμον, ὅτι γενή φύγοντα τὸ λογοειδές, ὃσον ἐνδέχεται, μᾶλλον εἰς τὸ λογικώτερον ἀποκλίνειν. καὶ, ἢ εἰπώσω τόμων, αὕτη τῷ ἀπιστολῷ ἀρίστη, καὶ καλλιγράφουσα, ἢ ἀντὶ καὶ τὸν ἰδιώτην πείση, καὶ τὸν πεπαιδευμένον, τὸν μὲν, οὓς κατὰ τοὺς πολλοὺς οὐστα, τὸν δὲ, ταῦθι τοὺς πολλοὺς, Εἴ τοι γνώριμος. δύοις γὰρ ἀκαριον, καὶ γεῖφον νοεῖσθαι, Εἴ τησολῶν ἐριθεῖσθαι. Τρίτον ἐσὶ τῷ ὄπιστολῷ ἡ χάρις. ταύτην δὲ φυλάξοιμεν, εἰ μήτε παντάπασιν ἔπραστο, καὶ ἄκαρι γεάφαρδμ, καὶ δικαλλώπιται, ἀκόσμηται, καὶ ἀκόριτα, ὃ δὲ λέγεται, εἴσον δὲ γνωμῶν, καὶ παροιμιῶν, καὶ ἀποθεγμάτων ἐπτός: Εἴτι δὲ σκομμάτων, καὶ αἰνιγμάτων, οἷς ὁ λόγος καταγλυκάνεται: μήτε λίγαν τούτοις φανούμεθα καταγεόμενοι. τὸ μὲν γάλαγον, τὸ δὲ, ἀπλιστόν. καὶ τοσῶντα τούτοις γενέσθαι, ὅσα καὶ ταῖς πορφύραις εἰς τοῖς ύφασμασι. Ξοπάς δὲ παραδείσμενος μᾶλλον, διλγας δὲ καὶ ταυταὶ οὐκ ἀγαχωτῶς. αὐτιθέλα δὲ, καὶ πάρισα, καὶ ισόκωλα, τοῖς σοφισμῖς ἀπορρίψομεν. εἰδέτε καὶ τῷ περιφέρειον, οὓς κατασταθεῖστες μᾶλλον τῷτο ποιήσομεν, ἢ προαιδάσσοντες. Πέρας τῷ λόγῳ (ὅπερ τῷ κομψῶν τίνος πονουσα φέντε αἴστοι λέγοντος) θίνα εἰκρίνοντο φέντε βασιλείσας οἱ ὄργιδες, Εἴ ἀλλος ἄλλως ἦνον ἑαυτὸν κοσμήσαντες, ὅτι ἐπειναὶ καλλιστον ἦν τὸ μὲν οὔρατον καλὸν εἶναι. τοῦτο καν ταῖς ὄπιστολαῖς μάλιστα πρῆτον, τὸ ἀκαλλώπιτον: ὅτι ἐγνυτάτω τοῦ κατὰ φύσιν. Τοσαῦτα σὺ τῷ ὄπιστολῷ, οὓς δὲ ὄπιστον, παρέμματα: καὶ ταῦτα ισως οὐ περὶ τοῦ μάλαν, οἵ τα μείζω σπειδάζεται. τἄλλα δὲ, αὐτός τε φιλοσονίεσι, οὐαθητικῶν: καὶ οἱ φείται ταῦτα κομψοὶ διδάξουσι.

P R O V E R B I A non excludit, sed crebra non probat: quod Ciceroni quoque placuit: itaque paucis utitur, at Demetrius, Κάλλος, inquit, ἐπιστολῆς πονηταὶ παρομιαι: δημοτικὸν γάρ εἶναι ἡ παρομια, καὶ κοινόν. Ego seruo, & seruabo Gregorij documentum, ut proverbijs neque numquam, neque saepe utar, accedente praesertim Ciceronis exemplo; quem cum lego, nullius rhetoris praecpta desidero. **C E T E R I S**; meum in re tua studium, officiumq, cernentibus. **M I H I** qui tuam erga me benevolentiam imitor, merita non assequor. tu enim in re mea, quod agebas, perfecisti: mihi non idem contingit in tua. **N U M Q U A M**. **S A T I S F A C I O**; suauitate quadam fruuntur aures, geminato uerbo, & negatione posteriori praeposita: ut hic; Ceteris satisfacio omnibus; mihi ipse numquam satisfacio. simile illud pro Sextio: Ademit Albino socii nomen mors filiae; caritatem illius necessitudinis, & benevolentiam non admittit. Et lib. II. de Leg. Quid est enim uerius quam neminem esse oportere tam stulte arrogantem, ut in se rationem & mentem putet incisse, in caelo mundoq. non putet? **M A G N I T U D O**; Lentuli beneficium tribus modis auget; quod Merita uocat, uim quaerens & in ipso uocabulo, & in numero; quod addit, Magnitudo; quod, Magnitudo tanta. **M E R I T O R V M**; meritum Lentuli maximum erga Ciceronem fuit, cum cum, lege Clodia pulsum, quod ciues Romanos, coniurationis in patriam coniuctos, capitali supplicio, contra ueteres leges, moremq. maiorum, indicta causa affecisset, consul sextodecimo eius exsulij mense reuocauit. Hoc meritum significari, quae sequuntur, ostendunt: Quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesci. Merita uero quod appellat, non meritum, amplificatio quedam est, admetet enim Aristoteles, usurpari interdum ab oratore, ut rem augeat, multitudinis numerum pro singulari: quod saepe Cicero fecit, ut ep. 15. lib. IX. Te cum uideo, omnes mihi Granios, omnes Lucilius, uere ut dicam, Crastos quoque, & Laelios uidere uideo. Merita autem plus, quam officia, ualent. ad Brutum lib. XI. Lamia uero omnium familiarissime utor. magna eius non dico in me officia, sed merita. Ad Cornificium lib. XII. Ad haec officia, uel merita potius, iucundissima confuetudo accedit. Phil. XIII. Magna eius in me merita, mea quaedam officia in illum. **Q V O N I A M** parui refert, utro modo legas, uel, Quia, uel, Quoniam: nisi tamē hoc uideatur plenus: & est in quatuor meis antiquis librīs: quod ideo testatum uolui, ne quāsi commenticium reijceretur, ex eorum scriptis, qui se in ueteribus cunctis exemplaribus, Quia, uidisse, confirmarunt. Non grauabor interdum ad hacc humilia me demittere: ne quod ab industria nostra diligentiae genus iure quisquam desideret. quamquam, ut omnibus plane satisfiat, ulla diligentia uix, aut ne uix quidem, consequi me posse, non ignoro. **D E M E N O N** conquiesci, quia, cum primum consul est designatus, Ciceronis causam

sam suscepit, & eius de redditu sententiam, consulibus Pisone & Gabinio repugnantibus, praeclarissimam dixit: quo uero primum die magistratum inijt, eo ipso die, idest Kal. Ian. de Cicerone retulit, spreta lege Clodia, quae poenam referentibus irrogabat. cumq. tribunus pl. Atilius Serranus, nocte ad deliberandum postulata, posttridic S. C. interuenisset, numquam tamen Lentulus postea conquistuit, donec, Sextili mensi, centuriatis comitijs perlata lege, rem perfecit. de quo sic in oratione pro domo: Nam tu, P. Lentule, neque priuatus, neque consul legem esse umquam putasti. nam, tribunis pl. referentibus, sententiam de me designatus consul dixisti: ex Kal. Ian. quo ad perfecta res est, de me retulisti: legem promulgasti, tulisti. Similia de Lentuli studio, atque constantia, in alijs orationibus, pro Sextio, post redditum, in Pisone, alibi.

I N . T V A . C A V S S A } in tuo negotio, in reductione regis. Caussa & hic, & alijs in locis pro eo sumitur, quod ad aliquem propriè pertinet: ut paullo post: In caussa haec sunt: idest, in curanda tibi reductione regis. Et infra: Hac regia caussa excepta. Et in extremo: Nos in caussa auctoritatem eo minorem habemus. Differunt autē Res, & Caussa, &c, ut arbitror, in eo, differunt, quod, Res, patet aliquanto latius, quam Caussa: ut Res totum negotium significet, Caussa uero negotij partem illam, quae ad Lentulum pertinet, ut scilicet restitutio regis ad eum deferatur. huic opinioni suffragantur potius, quam aduersantur, exempla. ep. 5. De Alexandrina re, caussaq. regia. Ep. 7. Quid res, quid caussa, quid tempus ferat. Ep. 9. Accepisti, quibus rebus adductus, quamq. rem, caussamq. defenderim. Ep. 6. lib. 2. Nunc tibi totam rem, atque caussam commando, atque trado. Ep. 7. ibidē. Quantam curam adhibuerim, quamq. difficulti in re, atque caussa, cognoscēs ex ijs litteris, quas liberto tuo dedi. Ep. 4. lib. xii. Scriberē plura, si rem, caussamq. noslēm. In oratione pro Caecina: Multa, quae sunt in re, quia remota sunt a caussa, pratermittam. Sed finis exemplorum sit: uitanda enim satietas est.

A C E R B A M } insuauem, iniucundam: translatione a fructibus immaturis. ep. 8. lib. iii. ad Appium, antitheta posuit Acerbum, & Dulce: Non debent mirari homines, me esse acerbum tibi, ut sim dulcis mihi. **P V T E M . }** quia re uera ipsum, uiuere, nemini acerbum est, sed tum uidetur, cum accedunt molestiae. ideo, Putem, dixit potius, quam sentiam. **I N . C A V S S A . H A E C . S V N T }** haec sunt, quae tibi, quo in statu caussa sit, significare possint. **H A M M O N I V S . }** nomen Aegyptijs usitatum, inde ductum, quod apud Lybicos, ut ait Pausanias, Iuppiter Hammon coleretur. **R E G I S . L E G A T V S . }** nam rex aberat: quia, cum exercitum, Sibyllae uerbis interdictum, desperaret, petijt, ut a Pompeio, duobus tantum lictoribus comitato, restitueretur. quod cum non impetrasset, uerito senatu, ne Pompeij potentia nimium augeretur; abiecta spe, Ephesum se contulerat, relicto Hammonio legato, discessisse eum ab urbe, antequam tribuni pl. magistratum inirent, id est, ante iv. Idus Dec. apud Nonium Fenestellae uerba significant. Dio, discessisse significat, non modo post initum a tribunis pl. magistratum, sed etiam consulatum gentibus Marcellino & Philippo, idest post Kal. Ian. Ego assentior Fenestellae, & quod antiquior, quā Dio, (nam eum nouissimo Tiberij principatu perijisse, Plinius ait) & quod in rebus Romanis maior homini Romano, praeſertim Romae uiuenti, habenda fides est, ipse etiam Cicero, cum haec Idibus Ian. scriberet, regem ab urbe multo ante profectum ostendere uidetur his uerbis: In rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege, & ab intjmis, ac domesticis Pompeij clam exulceratis. **A P E R T E . }** nullo legum metu: quae res infensum Ptolemaeo senatum reddidit. **O P P V G N A T . }** aduersatur uehementer. Translato uerbo, quo magis Hammonij studium ostenderet, uetus est. **C R E D I T O R E S . }** qui non solum id agebant, ut rex restituere tur, quo creditas ei pecunias exigere possent: uerum etiam aperte pecunias pro Pompeio contra Lentulum suppeditabant, quod regem cupere intelligebant. ep. 2. lib. ii. ad Q. Fr. Creditores regis aperte pecunias suppeditant cōtra Lentulum. In oratione pro Postumo, & apud Dionem lib. xxx. **C V M . T V . A D E R A S . }** inepit nonnulli, ut antiquitatem amare uideātur, Quum pro Cum scribunt: cum Priscianus obsoleuisse iam consue tudinem illam ostendat lib. i. his uerbis. Apud antiquos frequentissime loco Cu syllabae Quu ponebatur, ut & e contrario, ut arquus, coquus, oquulus, pro arcus, cocus, oculus: quum pro cum, quir pro cur. **R E G I S . C A V S S A . Q V I . V E L I N T . }** uel pueris haec iā nota sunt, Volo tua caussa, Volo tibi; pro, fauce, studio, amicus sum. In contraria sententia, Cui qui nolunt, dixit infra. **Q V I . P A V C I . S V N T . }** & suauitatis quiddam habet, Qui, repetitum: & omnino huiusmodi additam ētis non modo plenior, uerum etiam paullo splendidior efficitur sententia: ut ep. 18. lib. 2. Quae mihi ueniebant in mentem, quae ad te pertinere arbitrabar, existimauit, me ad te scribere oportere. Eiusdem generis illud ep. 7. lib. iv. Hoc idem omnes, qui te diligūt, sentiunt: quorum est magna pro tuis maximis, clarissimisq. uirtutibus multitudo. Pauci autem regis caussa uolebant, uel ob apertam ciuius largitionem, uel quia propter acerbissimam tributorum exactionem eieciunt ab Alexandrinis audierant. **A D . P O M P E I V M . }** cuius ob Mithridatici belli gloriam longe maior, quam ceterorum, apud omnes gentes erat auctoritas: quo futurum sperabat rex, ut Aegypti nihil ei petenti denearent. **R E L I G I O N I S C A L U M N I A M . }** Sibyllae uerus Aegypti regem cum exercita reduci uetabant: cuius oraculi uerba apud Dionem lib. xxxix. haec sunt: Si rex Aegypti, auxilio indigens aliquo, uenerit, amicitiam quidem ei ne denegaueritis; ne tamen cum multitudine aliqua iuuueritis: un aliter; & labores, & pericula habebitis. Eam sententiam Lucanus lib. vi. expressit his uerbis:

Haud equidem immerito, Cumanae carmine uatis

Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora

Hesperius miles, ripasq. aestate tumentes.

Narrat Dio, C. Catonis tribuni pl. opera, qui reductionem regis impedire conabatur, oraculum illud esse patefactum, senatu non inuito, cui largitio illa regis odiosa erat. Nam, quod ad Sibyllae uerus attinet, probabat eos quidem senatus, uerum non tam religione, quam illius regiae largitionis inuidia. Et Cicero ipse, qui reductionem regis, Lentuli gratia, uehementer cuperet, Calumniam religionis appellat, idest malitiosam

tiosam & fictam de Sibyllinis versibus orationem: ut, exercitu adempto quasi lubente Sibylla, restituendi regis curam suscipere nemo uellet. Itaque religiosos homines cum ironia uocat ep. 7. quasi per speciem religionis alia cogitantes: Esse, inquit, & tuae, & nostri imperij dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquuo loco, rege collocato, te cum classe, atque exercitu proficiisci Alexandriam: ut, cum eam pace, praesidijs quodam firmaris, Ptolemaeus redeat in regnum: ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum senatus initio censuit; & sine multitudine reducatur, quemadmodum homines religiosi Sibyllae placere dixerunt. Eandem calumniam notat ep. 4. cum ait: Haec tamen opinio est populi Romani, a tuis inuidis, atque obrectatori bus nomen inductum fictae religionis, non tam ut te impedirent, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam uellet ire. Est igitur Calumnia, uerfuta quaedam, & callida fallendi ratio, & quamquam huic uerbo proprium sit in accusatione domicilium, eidem tamen migrationes in alienum esse multas, exemplis intelligitur, ep. 4. Res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calumnij. Ep. 2. lib. 11. ad Fr. Per obrectatores Lentuli res calumnia extracta est. Ep. 3. lib. 14. ad Att. Metellus calumnia dicendi tempus excusat. Off. lib. 1. Existunt iniuriae saepe Calumnia quadam, & nimis callida, & malitiosa iuris interpretatione. Lib. 11. de rep. apud Nonium: Ut Carneadi respondeatis, qui saepe optimas caussas ingenij calumnia ludificari solet. Et Valerius Max. lib. 1x. cap. ult. Illa tamen quaestione neque calumniae petitoris, neque uiolentiae plebis iudicantium religio cessit. MALEVOLENTIA, & illius regiae largitionis inuidia, } duas caussas affert, quare praeceptum Sibyllae de non reducendo cum exercitu rege senatu placeret; malevolentiam, quia de legatis Aegyptijs, mandato regis clam interfectis, percrebuisse; regiae largitionis inuidiam, quia, cum Hammonius quorundam senatorum animos aperte pecunia corrumperet, ea largitio turpis in famam infamiae notam ordinis inureret uniuerso. Inuidia, ambiguum uerbum. nam & dolor est ex alienis bonis: quam Cicero inuidientiam, ut anceps inuidiae uocabulum uitaret, in definiendis animi morbis appellare maluit: & ut mihi quidem uideatur, non odium, quod quibusdam placuisse video, sed infamia potius ex aduersa fama, & publica prauitatis alicuius opinione: quam semper cum odio coniungi necesse non est. nam si odium, & inuidia idem esset, eadem utrique contraria opponerentur: nunc opponuntur diuersa, odio quidem amor, inuidiae autem gratia. Accedit, ut omittam, quod inuidia late diffunditur: numquam enim apud unum, sed apud multis in inuidia sumus: odium uero interdum in angustum contrahitur: aequem enim & uni, & multis odio esse possumus. Postremo, non eadem res inuidiam, odiumq. gignunt. nam inuidia nascitur ex animi turpitudine, licet ea neminem laedat: ut si quis otio, desidiaq. languescat, eo nomine male audit, quae dicitur inuidia, nec tamen inde odium, sed inertis, ignauiq. hominis oritur contemptio. odium autem ex ijs rebus existit, unde uel ipsi afficimus iniuria, uel alios etiam laedi, praesertim iniuste, uidemus. Inuidia dicta, quia non libenter uidemus, neque qui fortuna meliore, quam uellemus, utuntur, neque qui sequuntur ea, quae ipsi non probamus. COMPROBAT, iam enim S.C. factum erat, cum multitudine regem reduci, pericu losum reip. uideri. Hoc ego uerius existimo, quam quod a Dione traditum est, perspectis Sibyllae versibus, decreta omnia, pro rege facta, esse inducta: ualuisse enim S.C. quo redactio regis Lentulo mandabatur, indicant quae infra sunt: Ex illo S. C. quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas. Et ep. 7. satis aperte: Nullum S.C. exstat, quo redactio regis Alexadrini tibi adempta sit. Sed ita Dio excusat, quod senatus induci quidem uoluit omnia decreta: sed, intercedente tribuno pl. fieri S.C. non potuit: prescripta q. senatus uoluntas: id quod, ubi S.C. impediretur, interdum fieri solitum animaduertimus: eaq. senatus auctoritas dicebatur: de qua sic in eadem epistola: Quae de reductione regis scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam uim habet, ut magis iratorum hominum studiu, quam constantis senatus consilium, esse uideatur. HORTARI, ET. ORARE, } hortantis mouet auctoritas, orantis uoluntas: & hortationi saepe adduntur preces, ut, si auctoritas pondus non habet, saltem uoluntas ualeat. utrumque coniunxit in prooemio lib. 111. de Orat. Tibi frater, inquit, neque hortanti deero, neque roganti. nam neque auctoritate quisquam apud me plus ualere te potest, neque uoluntate. In ep. 18. lib. v. Te non hortor solum, uerum etiam pro nostro amore rogo, atque oro, ut te colligas, uirumq. praebetas.

Liberius accusare, } leuius est, quam libere accusare, nam interdum efficacitatis minus habent, quae comparandi aduerbia grammatici appellant, quam quae simpliciter, sine uilla comparatione, enunciantur. Accusatio autem extra iudicium etiam in priuatis rebus, atque adeo inter amorem coniunctissimos, locum habet, itaque lib. 111. Off. Accusabit patre filius, nefaria de patria cogitantem: pro, reprehendet. MONERE, } Monere, & Hortari, idem sunt in eo, quod utrumque rationes habet ad persuadendum idoneas: in eo differunt, quod hortatio, quid cuenturum boni sit, id si fiat, quod suademus; monitio autem, quid mali, nisi fiat, ostendit: & illa lenior, ac mitior, haec severior, ac durior: non enim caret obiurgatione quadam. id ostendunt loca duo Ciceronis in Laelio. Omnis, inquit, hac in re habenda ratio, & diligentia est, primum, ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia caret. Quo loco sic usurpat, Obiurgatio, pro, monitio, ut paulo post, Obiurgari, pro, moneri. Subiungit enim: Illud absurdum est, quod ij, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent uacare. peccasse enim se, non anguntur; obiurgari, moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, obiurgatione gaudere, recte igitur Cicero, cum hortatus Pompeium esset, monendum etiam putauit, ut ei magnam ex reductione regis infamiam proponeret. MAGNAM. INFAMIAM} triplicem; uel ingratianum, qui Lentulo, cuius erga se officia cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam commemorauerat, reductionem regis Alexandrini, praesertim ei iam a senatu decretam, conaretur eripere; uel immoderatae ambitionis, qui, summis iam perfunctis honoribus, triumq. triumphorum gloria circumfluens, frumentaria etiam curatione, summa cum potestate, paulo ante ornatus, tamen, his non contentus, honorem praeterea, quicumque esset, Aegyptiac legatio- nis

nis appeteret; uel etiam avaritiae, quod regis muneribus, magnam ab ipso restituendi cupiditatem praeferen-
ferentis, corruptus existimari posset. PLANE } hic ualeat, omnino: ut ad Tironem lib. xvi. Mihi placebat, si
firmior esset, ut te Leucadem deportares; ut ibi te plane confirmares. Alibi, aperte: quia, quae plana sunt, o-
culis patent: ut ad Coelium lib. ii. De Ocella parum plane ad me scripferas. NEC . PRECIEVS nostris, nec
admonitionibus} cur haec duo tantum attingit, quattuor iam propositis, hortari, orare, accusare, monere?
Quia, qui locum precibus, & admonitionibus non relinquit, multo minus hortationi, aut accusationi, magis
enim, & orando mouemus, quam hortando; & monendo, quam accusando: idq. uel ipse dispositionis ordo
declarat. nam, ut orare post hortari, sic monere post accusare, augendi gratia, Cicero collocauit. Hic du-
bitantibus, in uerbo, Admonitionibus, & mendosum suspicantibus, quod tamen in omnibus legitur anti-
quis libris, aptamq. & percommadam sententiam habet, scrupulum placet eximere. Dixerat Cicero, Et mo-
nere: debuit igitur, ut nomen cum uerbo congrueret, inferre, Monitionibus, non, Admonitionibus: cum,
monere, & admonere, significatione differant inter se. obiurgat enim is, qui monet, ut supra ostendimus:
qui uero admonet, non obiurgat, sed, quid faciendum sit, docet: ut exempla declarant. In hoc igitur pruden-
tia Ciceronis agnoscitur: qui cum de principe ciuitatis, & praecipuo sui ab exsilio reditus auctore Pom-
peio loqueretur, asperiore uerbo iterum uti noluit, sed mitigandam leniore uerbo sententiam putauit: ut
ostendat ita Pompeium erga Lentulum animatum esse, non modo ut cum a restituendi regis consilio uer-
bis asperioribus abduci, necesse non sit, sed nec admoneri quidem, ac doceri, quo pacto & suspicionem uitet
cupiditatis, & illam reducendam regis curam cupienti Lentulo obsequatur. RELIQVIT. LOCVM, } Non relin-
quere locum precibus, duobus modis accipitur: uel cum is, cuius gratia & auctoritas prodeſſen nobis potest,
ita se gessit, ut cum rogare non oporteat; ut in hoc loco: uel cum ita meriti sumus, ut precibus nihil profi-
cere posse uideamus: cuius generis habemus exemplum apud Terentium in And. Quid cauſa est, quin hinc
in pistrinum recta proficiſcar uia? Nihil est preci loci reliquum: iam perturbauit omnia. Locum igitur preci-
bus uel aliena humanitas, uel nostra admitt improbitas. IN . SERMONE . QUOTIDIANO, } uarie loquitur in
hac sententia: nam hic, In sermone quotidiano, dicit: ep. 9. In sermonibus di citare: in eadem, Di citare, sim-
pliciter. IN SENATV } Hoc tempore Pompeius erat cum imperio, superiore anno rei frumentariae, & S.C.
& lege praecipitus. qui autem cum imperio essent, ijs urbem, nisi deposito imprio, ingredi non licuisse, no-
tum est. petiſſe igitur a senatu Pompeium existimemus, ut introire in urbem, saluis legibus, posset. quod
etiam poſtea, iſdem consulibus, ut accusatum de ui P. Sextium laudaret, impetravit. ep. 9. EGIT . CAVSAM
TVAM, } cum hortaretur senatum, ut reductionem regis tibi demandaret. ELOVENTIA, GRAVITATE,
STUDIO, CONTENTIONE} Eloquentia, ueritate & elegantia orationis; Grauitate, sententiarum pondere;
Studio, propensa in Lentulum uoluntate; Contentione, ope summa. plus enim est contentio, quam studiu-
nam, qui studet; cupit: qui contendit, in eo, quod cupie, intendit omnes neruos. quod integrum posuit in
ep. 14. lib. xv. Omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis proroge-
tur. Inde Contentio, uehemens aetio, infra: Libonis, & Hypsaci non obscura concursatio, & cōtentio. Ep. 9.
Caesaris, ut illum defendarem, mira contentio est consecuta. Ep. 2. lib. vii. In primis me delectauit, tantum
studium bonorum in me exstisſe contra incredibilem contentionem clarissimi, & potentissimi uiri.
TVORVM . IN . SE . OFFICIORVM, } Quodcum ornasti, dixit in extrema fere epiftola. praefan-
tem etiam Lentuli in Pompeium liberalitatem nominat epift. 7. maximum autem in Pompeium offi-
cium fuit, potestas rei frumentariae, per quinquennium ei toto orbe terrarum data. quod Lentulum
consulem praecipue curasse, Plutarchus in Pompeio significat. quamquam, ut idem tradit, suspicio fue-
rit, id Lentulum spectasse, ut Pompeio frumentaria curatione implicito, ipſe Ptolemaeum reduceret.
MARCELLINVM } Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum, consulēm hoc anno cum L. Marcio Phi-
lippo. Syriae post praeturam uerque praefuerat, Philippus Caſfare & Bibulo cos. Marcellinus anno se-
quenti, Gabinio & Pisone. Appianus in Syriaco, Iosephus xiv. Antiq. De hoc Cicero in Bruto sic; Nec
umquam indisertus, & in consulatu pereloquens uifus est, non tardus sententijs, non inops uerbis, uoce
canora, facecus satis. Marcellinus, cognomen gentis Corneliae non est, sed ab adoptione deriuatur. qui enim
Claudianus appellari debuit, cum eſſet ex Claudijs Marcellis; Marcellinus potius, quam Claudianus, appel-
lari uoluit: puto, ne uideretur ex Pulchris, aut Neronibus fuſſe; quac cognomina Cladiac gentis erant, pa-
triciae: Marcelli autem, plebeiae, confirmat hanc opinionem Pedianus in commentario Diuinationis, cum
ait: Marcelli, & Marcellini inter se gentiles fuere. Non quod Marcellini eſſent Cladij, sed quod ex Cladia
gente orri, indeq. in Corneliam translati. Eodem cognomine filius eius uifus est, qui bello ciuili contra Pom-
peium quaefor pro Caſfare pugnauit, paterni uidelicet heres odij: nam consul huius anni Marcellinus
quam infensus Pompeio fuerit. Cicero in ep. 5. lib. ii. ad fratrem, & Plutarchus in Pompeio demonstrat.
TRATVM } quia te cupidum uideat reducendi regis. Consulibus neque cum exercitu regem restitui placbat,
neque ab ijs, qui cu imperio eſſent, iudeſt, nec a Lentulo, nec a Pompeio. epiftola sequenti. TVI . DEFENSO-
REM } tuarum omnium sententiarum, ac uoluntatum. OSTENDIT. } uerbis. ep. 9. In eo ipſo, quod te oſten-
dis esse facturum. Ad Sulpicium ep. 1. lib. iv. Eadem omnia, quae a te de pace, & de Hispanis dicta sunt, oſ-
tendi me esse dicturum. Ad Varronem ep. 8. lib. ix. Munus flagitare, quamuis quis oſtenderit, ne populus
quidem ſolet, niſi concitat. QYOD . DAT, ACCIPIMVS: } nihil dat in regi caruſa, in ceteris rebus omnia.
ſic loquimur, cum nec id plane, quod uolumus, nec tamen nihil impetravimus. In Verrem lib. ii. Alio loco de
atorum animo, & iniurijs uidero: nunc, quod mihi abs te datur, id: cipio, eos tibi eſſe inimicissimos.
Ibidem paulo post: Vt ea, quod datur. Et lib. ii. de Orat. Si ſe iudices dant, & ſua ſponte, quo impellimus,
inclinant, atque propendunt; accipio, quod datur; & ad id, unde aliquis flatu oſtenditur, uela do. REFER-
RE} Re-

RE} Referre, ad senatum, de quo sententiae dicerentur; Ferre, ad populum, de quo suffragia ferrentur; usitatum ueteribus est. Caesar tamen lib. i. bel. ci. dixit, De quorum imperio ad populum referatur: si modo uulgati libri uacant mendo. nam, Ferre ad populum, usitatus esse, quam Referre, nemo, ut arbitror, negabit.
D E . R E L I G I O N E , } de Sibyllinis uersibus, reduci regem cum multitudine netantibus. A B . E O . D E D V C I
N O N . P O T E S T , } tuebatur obstinato animo sententiam suam, in quam, ut in Argumēto iam diximus, factum erat S.C. regem cum multitudine reduci, periculosem reip. uideri. ep. 2. lib. ii. ad Q. Fratrem. IDIBVS} quo die senatus erat futurus. nec dubito, quin editus esset, cum haec Cicero scripsit. nam & in epistola sequenti, cum ante lucem xvi. Kal. Febr. scribebat, subiunxit: Eo die senatus erat futurus. quo perspicuum est, non eo die, quo haberetur, sed superiore, senatum edici solitus. MANE} prima luce. sed ep. 30. lib. viii. cum dixit, Quae erant futurae mane postridie, aliter explanandum. HORTENSII, } declarata consulis uoluntate, consularium sententias incipit exponere. Hic est ille Q. Hortensius, oratoria laude clarus. Hoç loco mirari aliquis possit, cur Cicero, de Marcellino consule locutus, ad consulares, omissa alterius consulis L. Philippi mentione, orationem traducat. Opinor, qui consul primo anni mense fasces sumeret, eundem & senatum eodem mense habuisse; &c, qua de re deliberandum putaret, retulisse: secundo autem mense collegam fasces recepisse: eundemq. ordinem, ut alternis mensibus fasces haberent, usque ad extremum annum seruatum esse. itaque non Philippus, sed, qui fasces prior sumperat, Marcellinus praecipuam mensis Ianuarij curam sustinuit, & de religione retulit, collega tamen assidente: nam dissentientem Cicero nominasset. Vter autem fasces prior sumeret, docet Gellius lib. xxi. cap. 15. LVCVLLI} Marci, non Lucij, qui perierat anno superiore. hic enim, qui nominatur, sine dubio idem est, de quo haec sunt in ep. 8. Quo quidem tempore, ut prescripti ad te antea, cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum. Quam epistolam Pompeio & Crassos, idest post Marcellinum & Philippum, esse scriptam, fatis constat: quod anno Lucius uiuere non potuit: cum cum oratio de prouincijs, habita, ut ait Pedianus, Marcellino & Philippo cos. iam uita excessisse demonstraret. Marcum autem, ac Lucium, fratres fuisse, Cicero, Plutarchus, alij testantur. Eutropius lib. vi. consobrinos uocat; in quo ei non assentior; nisi si, duas sorores duobus Lucullis nupsiisse, aliquis dixerit. quod mihi non sit uerisimile, uideo enim, M. Lucullum simul cum Lucio fratre Seruilio auguri diem dixisse, qui Lucij patrem accusauerat. quam rem ijs uerbis Cicero commemorat in prooemio Academicorum, ut Lucium, & Marcum, in ulciscendo Seruilio, non consobrinos, sed plane germanos fratres agnosceret uideatur: ait enim de Lucio: Adolescens admodum cum fratre, pari pietate, & industria praedito, paternas iniurias magna cum gloria est persecutus. Verbum, Pietas, eundem utrique patrem fuisse ostendit. Plutarchus etiam, cum ait, uiuo adhuc Lucio rem eius domesticam a Marco fratre gubernatam, germanos potius fratres, quam consobrinos, significat. Sed Marci praenomen ab adoptivo patre M. Terentio Varrone sumptum est. nam, a Terentio Varrone adoptatum, indicat Cicero in Verrem, cum legem Terentiam, & Casiam nominat, latam a duobus eiusdem anni consulibus, M. Terentio Varrone, & C. Casio Varo. CEDIT religioni de exercitu: } antea tamen, reducendum cum exercitu regem, Cicero censuerat: habuit enim orationem pro Ptolemaeo reducendo: ex qua Aquila, Fortunatianus, & Capella recitant haec uerba: Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. TENERI} obtineri. Sic locutus est ep. 7. Si res facultatem habitura uideatur, ut Alexandriam, atque Aegyptum tenere possit. Et ep. 9. Etiam si portum tenere non queas. Et ad Att. ep. 12. lib. xiv. Tam claram, tamq. testatam rem, tamq. iustum, Butrihotiam non tenebimus? & in oratione pro Sextio: Non tenuit eum locum, in quem, nisi popularis esse uoluisset, facillime peruenisset. QVOD. COMMODO rem facere possit; } Commodo, pro Commodo, antique dictum. in quo dubitatum a nonnullis miror; quasi, Commodo, aduerbiū esse non possit. quod nisi diligens antiquitatis obseruator Carissimus admonuisset, Caesar tamen ad Ciceronem epistola doceret, Cum Furnium, inquit, nostrum tantum uidi sem, neque alloqui, neque audire me commodo potuisset. Mihi tamen olim placuit, neque nunc, quamquam repugnantibus antiquis libris, displicere potest, pro Rem, legi, Reip. atque hanc ex antiqua Latinī sermonis consuetudine conjecturam duxi. quo in studij genere, nec infitior, a prima adolescentia satis accurate me esse uersatum, nec omnino paenitet. Erat autem in mandanda publica re exceptio quadam, ut id, quod mandaretur, ita fieret, si commodo reip. fieri posset. quo significabatur, eam rem non potestati magis, quam prudentiae, committi. Recitabo ueterum exempla: quibus & eadem sententia, & ijsdem enuncia uerbis, agnosceretur. ac tum denique, utrum scriptis libris, idest dubiis librariorum fidei, an certissimis antiquorum testimonij, credi oporteat, cum praesertim nec a scriptis libris admodum discedat opinio nostra, doctorum uirorum arbitrio permittam. Caesar lib. i. bel. ci. Quoniam M. Messalla, M. Pisone cos. senatus censuisset, uti, quicumq. Galliam prouinciam obtineret, quod commodo reip. facere posset, Aeduos, ceterosq. amicos populi Romani defendenter, se Aeduorum iniurias non neglegetur. Idem lib. v. Scribit Labieno, si reip. commodo facere posset, cum legione ad fines Neruiorū ueniat. Lib. vii. Labienum, Treboniumq. si reip. commodo facere posset, ad eam diem reuertantur. Cicero ad M. Brutum: Decreui hoc amplius, ut tu, si arbitrare utile fore, & erip. esse, persequerere Dolabellam bello; si minus id commodo reip. facere posset, in ijsdem locis exercitum contineas. Omitto illa similia, quae Ciceronē legentibus occurruit: Quod tuo commodo fieri posset: quod sine molestia tua facere posset: quod tuo commodo fiat: quod sine peccato meo fiat. Hic opponitur a quibusdam: hoc loquendi genus huic Ciceronis loco nullo modo conuenire: putant enim, senatus haec uerba fuisse, cum S. C. faceret, aut eorum, qui prouincijs cum imperio praefissent, cum aliquid legatis mandarent: non igitur ea cadere in sententiam Ciceronis, Hortenij, & Luculli, qui priuati senatores erant. Haec ratio quid momenti habeat, examinando cognoscemus. Primum quacro: si senatus, cum decernit, utitur his uerbis, ut reip. caueat, cur non ijsdem senator, qui & ipse sua sententia decernit,

ternit, uti possit? deceat enim, ut senatum in publico decreto, ita senatores singulos in dicenda sententia recipi consulere. quid est autem S. C. nisi multorum senatorum idem probantium consensus? quod si, S. C. in aliquius sententiam senatoris esse factum, saepe legitimus: nil aliud existimare licet, quam grauiores eius sententiae partes in S. C. esse translatas: grauius autem nihil, quam ut id, quod mandaretur, incommodo reip. ne fieret. itaque non est, opinor, mandantis dumtaxat, hic loquendi modus, ut senatus, aut proconsulis, sed cuius etiam, qui suaderet. Negabit hoc aliquis: at credit exemplum. Cicero in epistola ad Brutum: Decreui hoc amplius, ut tu, si arbitrarere utile fore, & e rep. esse, persequerere Dolabellam bello; si minus id commodo reip. facere posse, in ijsdem locis exercitum contineres. Haec neque senatus consulti uerba sunt, neque proconsulis, sed priuati Ciceronis, in senatu sententiam dicentis, cur igitur in hac etiam ad Lentulum epistola locum habere non possint? At libri ueteres aduersantur omnes. Dissimulamus in re nota. quam multa enim contra veterum librorum auctoritatem, adiuuante historia, sententia, ipsa etiam Latini sermonis regula, non modo sine reprehensione, uerum etiam cum laude summa docti homines immutarunt. mihi sane uidetur, ut in omni re, sic in hoc industriae genere, modus quidam esse: ut libris quidem antiquis in corrigendo utamur, id quod ego diligenter seruo, mutare tamen ex ingenio, doctrinae aliquid aliquando licet, sed ita parce, & uerecunde, ne corrigendi libertas ad temeritatem progressa uideatur. quam ob causam ueterem hic scripturam immutare nolumus: tantum fecimus, ut ostenderemus opinionem nostram: quam nec ijs improbari, qui non temere, praeter sua, quidquam probant, ex eo possumus coniucere, quod, si qua laus conjecturae nostrae debetur, eam alio transferre conantur. Nimis, ad istas artes confugere, & alienis laboribus honorem ereptum uelle, pusilli animi est: non enim addam, Et ipsa malevolentia ieuni: quod Cicero addidit in re non dissimili, neque nunc de meo iure litigabo: malum caussa cadere, quam ijs de rebus in iudicium, contentionemq. uenire, quarum studio si hoc assequor, ut bonis litteris opem feram, cetera non ualde requiro; si dantur, accipio: si minus, uberrimum tamen, & sua uissimum ex ipso conscientia fructum capio.

A U C T O R E M } ut restituti regis honor, & gloria penes te sit, quod iam senatus decreuerat. Auctor is est, cuius auctoritate, & sententia aliquid sit. ep. 17. ad Att. lib. 1. Agraria lex a Flauio tribuno pl. uicementer agitabatur, auctore Pompeo; quae nihil populare habebat, praeter auctorem. Scriptor autem aliquius libri, quam latine Auctor dicatur, uiderint ij, qui non dubitanter usurpant. Equidem neque Ciceronem, nec eius aequales, aut omnino quemquam stante rep. ita locutum existimo. Et quoniam, cuius uel consilio, uel tacita auctoritate ad agendum impellimur, is quasi origo quaedam, & agendi principium est; inde factum, ut Auctor nobilitatis appelletur, a quo nobilitatis initia manarunt; Auctor huius sermonis, a quo primum fluxit hic sermo; Auctor meae salutis, cuius opera salutem adeptus sum. Auctor etiam uotatur is, cuius testimonio, ut aliquid credamus adducimus: ut ep. 1. ad Att. lib. vi. Nec nero pauci sunt auctores, Cn. Flauium scribam fastos protulisse. Addo illud, Auctorem dici, non qui hortatur, ne quid fiat, sed qui hortatur, ut fiat. itaque, Auctor, & Dissuasor, Cicero opponit: ceteraq. eiusdem, atque etiam aliorum exempla ad affirmationem semper, numquam ad negationem spectant. & ab Augeo quoque deductum Auctor, Carisius, & Seruius ostendunt: idq. probant antiqui lapides, & libri. Auctorem igitur dixit, ut auctoritate Lentuli potius, quam potestate, & armis, exercitum religione tollente, Alexandrini Ptolemaeo reconcilientur. Eodem modo Phil. 2. Ille inquit, uir fuit, nos quidem contemendi, qui auctorem odimus, acta defendimus. Auctorem uocat Caesarem, a quo illa manauerant: tamquam enim ab illo scripta defendebantur. **C R A S S V S** } M. Licinius Crassus, nunc quidem in Pompeium male animatus. quod indicat ep. 3. lib. II. ad Q. Fr. sed anno sequenti, consules iterum creati, in gratiam redierunt. Plutarchus. Hunc Quiritium, post Sullam, ditissimum, Plinius fuisse tradit, posseditse in agris H-S bis millies, id est, ad rationem nummi nostri, sexages centena scutatorum millia. Plutarchus totam eius rem, post decimam partem Herculi consecratam, epulumq. publicum, & congiarium trium mensium singulis ciuibus datum, septem millibus, & centum talentis aestimat: quae sunt Romano nummo, millies septingentes, & aliquanto amplius: uel, ut more nostro loquaniur, scutatorum quinquagies semel, coq. amplius: vulgo, supra quinque millions, dicerent. **N E C . E X C L V D I T** Pompeium; } cui, frumentariae curationis gratia, toto orbe terrarum & senatus, & populus imperium dederat. ep. 4. lib. 1 v. ad Att. Plutarchus, Dio, alij. **C V M . I M P E R I O . S V N T :** } Imperium duplex fuit, urbanum, & prouinciale. Urbanum aut a populo dabatur, aut a senatu: a populo, consulibus, praetoribus; qui, centuriatis comitijs creati, maiores magistratus uocabantur: a senatu, dictatori, interregi; qui, nullis comitijs, S. C. creabantur. nam censores, licet inter maiores magistratus nominarentur, tamen nec imperium, nec ferendae legis ius habebant, neque lictoribus, aut uiatoribus utebantur. reliqui uero, quos nominauimus, & imperium, & legis ferendae ius, praeterea uiatores, & lictores habebant. Minores magistratus, aediles cur. aediles pl. tribuni pl. quaestores, & alij inferioris ordinis, potestatem habere, non imperium, dicebantur. Imperium tribuno pl. non fuisse, Liuius aperte ostendit exemplo Appij consulis, priuatum tribunum pl. clamitantis, sine imperio, sine magistratu. Imperium igitur in urbe habebant ij tantum magistratus, qui uocationem, qua carebant minores magistratus. Hoc imperium sine armis erat: propterea centuriata comitia, quod a Laelio Felice scriptu Gelli lib. xv. cap. 17. recitat, intra pomerium fieri, nefas erat; quia exercitum extra urbem imperari oportet, intra urbem imperari ius non esset. Urbani imperij tempus in annuis magistratibus annum erat, in dictatore scilicet ad summum, in interrege non ultra quinque dies: nam diuini oris magistratus non erat. Consul tamen imperium maius erat, quam praetoris: nam consul praetoris creandi ius habebat, non contra praetor consulis. & consul ab omnibus magistratibus auocare comiciatum, concessionemq. poterat: praetor a consule non poterat: quod apud Gellium lib. xiiii. cap. 14. 15. Messalla docet. Quam-

C quam

quam autem imperium est in urbe, nemo tamen ex urbanis magistratibus imperator est appellatus, sed hoc nomen ijs dumtaxat, qui exercitum haberent, tribui solitum est, etiam ante quam, re bene gesta, imperatores ab exercitu salutarentur. Imperium prouinciale duplex fuit, unum a senatu datum, ex lege Cornelia, sine armis; alterum a populo, ex lege Curiata, cum armis. uide ep. 9. in extremo. **BIBVLVS**; M. Calpurnius Bibulus, plebeij generis, Caesaris in aedilitate, praetura, consulatu collega, ciudemq. inimicissimus, Pompeio etiam, ob Caesaris affinitatem, hoc tempore infensus: ideo priuatos decernebat, ut eum excluderet. Pompeij obrectatores Bibulus, Curio, Crassus appellantur ep. 5. lib. II. ad Q. Fr. **CONSULARES**; aequae etiam consules: nam, ut est in epistola sequenti, Bibuli sententiam ualere cupierunt. **SERVILIVM**; e numero consularium, qui assentientur Bibulo, tres excipit, Seruilius, qui omnino reduci negat oportere, cuius probatam a senatu sententiam, sed a tribunis pl. intercessum, indicat epistola septima; Volcatium, qui Pompeium decernit; Afranius, qui assentitur Volcatio. Hic est P. Seruilius Vatia Isauricus, qui cum Ap. Claudio, P. Clodij, Ciceronis inimici, patre, consulatum gesit anno urbis 674. triumphauit de Isauris ex Cilicia anno 679. unde Isaurici cognomen accepit: quo etiam filium eius, qui cum Caesare consul fuit, usum esse video. Censor fuit cum L. Cotta, ut ex Valerio, & Plutarcho licet colligere, uixit ad annos LXXX. ut Philippica 2. indicat: & Strabo, qui scripsit historiam suam imperante Tiberio, eum a se uisum testatur lib. XII. obiit, ut lib. XLV. Dio docet, Antonio & Dolabella cos. **VOLCATIVM**; L. Volcatium Fullum, qui cum M'. Aemilio Lepido anno urbis 687. consulatum gesit. **LVPPO**; P. Rutilio Lupo tribuno pl. quod ex epistola sequenti cognoscitur. praetor anno primo civilis belli Pompejum secutus, Achaiam obtinuit, ad Att. ep. 12. lib. II. x. ep. 1. lib. IX. Caesar lib. II. & III. bel. CI. **REFERENTE**; non de reducendo rege tantum, sed ut a Pompeio reduceretur: quod patet ex epistola sequenti. Ius autem referendi in senatu tribunos pl. habuisse, uel hic locus ostendit: sed accedunt non modo epistolarum testimonia, 16. lib. x. & 1. lib. II. ad Q. Fr. uerum etiam orationum. nam in ea pro Sextio, Ninni tribuni pl. relatio nominatur. Neque solum ea de re, de qua consul, sed etiam de diuersa, comedie, referre poterat tribunus pl. nam ex Phil. VI. consulem de Appia via, & de Moneta, ribunum pl. de Lupercis retulisse video. Retulerunt igitur in eodem senatu de reductione regis duo magistratus, consul Marcellinus de religione, id est, ne rex, prohibente Sibylla, cum exercitu reduceretur; Lupus uero tribunus pl. ut a Pompeio reduceretur. de religione consuli omnes assenserunt; de reductione non idem omnibus placuit. Hortensius, Lucullus, Cicero Lentulum decernebant; Crassus, & Bibulus tres legatos, hic priuatos, ille etiam eos, qui cum imperio essent, reliqui consulares Bibuli sententiam probarunt, tribus exceptis, quorum duo, Volcatius, & Afranius, Lupi sententiam secuti sunt: tertius Seruilius totum de rege reducendo consilium, uel quod inutile putaret esse recipi, uel quod alienum a populi Romani dignitate, sua sententia damnabat. **POMPEIO DECERNIT**; plerique ueteres libri habent, Pompeio: nonnulli, Pompeium: plerosque sum secutus. utroque tamen modo recte: est enim in hae ipsa epistola, Tibi decernit, et, Tres legatos decernit. **AFRANTIVM**; L. Afranius, qui quadriennio ante consul fuerat cum Metello Celere. Ne miremur eum studuisse Pompeio. nam & eo duce contra Sertoriuum, uiuo Sulla dictatore, pugnauerat; & eiusdem Mithridatico bello fuerat legatus; & consulatum eius praccipue studio, atque opera adeptus erat, is ciuili bello a Caesare in Hispania uictus, & liberatus, postea captus ab eodem in Africa, dissensione in exercitu orta, cum Fausto, Sullae dictatori filio, est interfactus. **SENTITVR**; non miror, Volcatium sententiam dixisse ante Afranium, cum sexenio ante consulatum gesisset. **SOSPICIONEM**; nam ipse dissimulabat cupiditatem suam, & fauere Lentulo uidebatur, eius etiam in senatu cauissimamente diligenter in primis egerat. de hac suspicione in epistola sequenti, & in 2. lib. 2. ad Q. Fr. **LABORATVR**; difficultas negotij non sine quadam animi sollicitudine ostenditur, ut in extremo, Non laboraremus. **INCLINATA RES EST.**; lepida translatio. Rerum status triplex est: aut enim ita se habent, ut uolumus, & stare tunc dicuntur; aut aliter, ac uolumus, & inclinatae esse; aut prorsus contra quam uolumus, & iacere. **LIBONIS, ET. HYPSAEI**; utrumque puto tribunum pl. esse: de Hypsaeo quidem affirmat Dio lib. XXXIX. Est autem L. Libo Scriboniae gentis, Pompeio primum amicitia, deinde etiam affinitate coniunctus. nam eum Sex. Pompeij, qui ex duobus Pompeij Magni filiis natu minor fuit, sacerdum nominat Dio lib. XLI. eiusdemq. alteram filiam, deuictis Bruto, & Caisio, Caesar Octavianus uxorem duxit: quod in Augusto, & in libro de claris grammaticis Suetonius ostendit: cuius auctoritate, & ipsa etiam temporum ratione mouetur, ut in Dione non Αἰσωρος ἀδελφή, sed Αἰσωρος δυνατέρα legendum existimem, quod tamen Dionis mendum potius, quam librarij, oportet credere. In bello ciuili Pompeium secutus, primum Etruriae, mox, inde pulsus, nauibus quinquaginta praefuit. Florus lib. IV. Dio lib. XI. & Caesar lib. I. & III. bel. CI. Crudeliter fuisse, nec mediocri obstrictum aere alieno, Cicero significat ep. 9. lib. IX. ad Att. Quid tu, inquit, illuc Scipionem, quid Faustum, quid Libonem praetermissurum sceleris putas? quorum creditores conuenire dicuntur. quid eos autem, cum uicerint, in ciues effecturos? Consulatum anno 719. cum M. Antonio gesit. P. Plautius Hypsaeus iure pro Pompeio contendebat: fuerat enim eius quaestor bello Mithridatico: id quod in commentario Milonianae significat Asconius: & quaesturae coniunctionem liberorum necessitudini proximam fuisse, patet ex ep. 10. lib. XIII. **CONCURSATIO**; prensantium propria. Concursabant barbatuli iuvenes, ep. 10. lib. I. ad Att. **CONTENTIO**; maius quiddam est, ut iam diximus in contentione, quam in studio. itaque Liboni, & Hypsaeo tribuitur contentio, studium reliquis Pompeij familiaribus. **FAMILIARIUM**; iterum familiares appellat, & paulo post intimos, ac domesticos, ad augendam suspicionem Pompeij uoluntatis. nam familiares, & intimos de alicuius honore, ipso inuito, laborare, qui consentaneum est? Sed Cicero

Cicero interdum, uel Pompeij adductus beneficio, (nam, eo contendente, in patriam redierat) uel quod ita sentiret, liberare uidetur cum omni suspicione cupiditatis: idq. cum illa uerba declarant: In senatu sic egit causam tuam: tum ea, quae sunt in epistola sequenti: Quem ego ipsum cum audio, priorsus eum liberò omni suspicione cupiditatis. Et ep. 7. Qui mihi semper tuae laudi fauere uisus est, etiam ipso suspicio-
fissimo tempore Caniniano. Quamquam, non omnino quod ita sentiat, sed ut officio fungatur boni uiri, Ciceronem ea scribere crediderim; qui, cum utriusque summe deberet, eorum amicitiam libenter conserua-
ret, eoq. sum in hanc opinionem propensior, quod ep. 2. lib. II. ad Q. Fratrem, apud quem simulatio nece-
ssaria non erat, ambigere se de Pompeij animo significat his uerbis: In ea re, Pompeius quid uelit, non di-
spicio: familiares eius quid cupiant, omnes uident. C VI . Q VI . N O L V N T , { qui amici non sunt.
Similiter cum dandi casu, Fundanio cupio, dixit ad Q. Fr. ep. 2. lib. I. Fauent, & cupiunt Heluetijs, Caesar
lib. I. bel. Gall. Q V O D . E V M . O R N A S T I , { cum ad eum consul frumentarium curationem decu-
listi. N O S , { epistolae clausula mirum habet artificium. nam, quia rem inclinatam esse dixerat, ueritus
ne propterea Lentulo, cui omnia debebat, in aliquam negligentiae, aut etiam ingratianae animi suspicionem ue-
niret, auertit a se omnem culpam, excusatione quinquepartita: quod auctoritatis in regia causa minus ha-
beat, quia pro bene de se merito contendat: quod gratiam suam Pompeij gratia maior exstinguat: quod mul-
ti ad Pompeium, ab eius domesticis, & a rege ipso corrupti, rem deferri uelint: quod consulares, ob regiam
praeccipue largitionem, totum consilium de restituendo rege improbent: postremo, quod nonnulli, quo-
rum Lentulus auctoritatem, dignitatem, uoluntatemq. defenderat, non tam uirtutis eius memores essent,
quam laudis inimici. quod perfidiae uitium & hic perspicue notat, & in sequentibus epistolis, 7. 8. 9.
A V C T O R I T A T E M e o m i n o r e m h a b e m u s , q u o d t i b i d e b e m u s . } ep. 7. Nostra propugnat, ac defensio
dignitatis tuae, propter magnitudinem beneficij tui, fortasse plerisque officij maiorem auctoritatem habe-
re uideatur, quam sententiae. G R A T I F I C A R I , { in eo, quod a te caussam regiam ad Pompeium trans-
ferant. M V L T O A N T E , q u a m p r o f e c t u s e s , { prorsus in tota epistola Ciceronis ingenium, & orato-
riam calliditatem agnosco. nam exulceratae res post Lentuli profecitionem, arguento esse poterant dilig-
gentiae praetermissae. id ne obijci possit, occurrit his uerbis: Multo ante, quam profectus es. Quod et-
iam iterat in epistola sequenti, cum ait: Totam rem istam iam pridem esse corruptam. A B . I P S O .
R E G E , { cum tu hic essem. nam regem ante Lentuli profecitionem ab urbe discessisse, Fenestella teste pro-
bauimus. E X V L C E R A T I S , { corruptis, male affectis: translatione ab ulceribus, quae saepe, illato un-
gue, dilatantur. His autem translationum quasi luminibus, si cuius inter Latinos, Ciceronis maxime splen-
det oratio. Translata porro uerba plus habere iucunditatis, quam propria, quae tamquam quotidiana fa-
stidimus interdum, ac plus etiam ad significantum valere, satis constat. nam quia coparationes, & similitu-
dines rem plane subiecti oculis; ideo translata, quae nihil aliud, quam breues, & concisae similitudines sunt,
uigere magis in ostendenda re, quam propria, uidentur. Sed de translatione Aristoteles, Cicero, Demetrius in primis in illo aureo πρεγέ ἐγγυάτο libello, quem pater meus, restituendae cupidus antiquitatis, ante
menatum edidit. E X A G I T A T I S , { grauitate uerperatis. sic in Oratore: Plato, exagitator omnium
rhetorum, hunc miratur unum. Et Coelius ep. XI. lib. II. x. Totus eius secundus consulatus exagitatur.
I N V I D I A M , { infamiam, ob apertam regis largitionem. supra: Senatus religionis calumniam, non reli-
gione, sed illius regiae largitionis inuidia, comprobat. I T A . V E R S A M V R , { quasi dicat. Post disces-
sum tuum nihil damni factum est noui: Ita uersamur in caussa, ut ante quam tu profectus es. N O S T R A M
F I D E M , { negotiales epistolae moralibus fere clauduntur sententij; & uitandae satietatis caussa; quia fa-
stidium parit a primo ad ultimum producta narratio; & quod amici, uti sumus, ita uideri uolumus.
P R A E S E N T I S Q , cognoscunt. } Sunt qui legant, Praesentes tui: recte fortasse: mihi tamen sententia
non arridet, quae enim haec amoris, & fidei, minime necessaria distinctio? cur non & amor simul cum si-
de ab omnibus, & fides item simul cum amore a praesentibus cognoscatur? Quanto & planius, & commo-
dius: Nostram fidem omnes, amorem tui absens, praesentisq. cognoscunt. quod est in duobus anti-
quis libris: in ceteris autem omnibus, quos quidem ego uiderim, diuerse, non tamen ut sententia mutetur:
Tui absens, praesentisq. tui. potest enim ferri pronomen iteratum: potest etiam, quod malim credere,
iteratum uideri scriptoris incuria. nullo quidem in uero libro, Praesentes tui, legimus. quod ideo testa-
tum esse uolumus, ne quem conjectura minime necessaria delectaret, cum ex antiquis libris commodam
elici sententiam uideret. F I D E S , { qui bencoualentiam erga Lentulum consulem, tempori seruientes,
simulauerant, ijdem, post consularum, debitam eius mei itis fidem absenti non praefliterunt. Videtur con-
sulares indicate: de quibus ep. 5. Amicum ex consularibus neminem tibi esse video, praeter Hortensem, &
Lucullum. ep. 7. Vehementer quodam homines, & eos maxime, qui te & maxime debuerunt, & plurimum
iuuare potuerunt, inuidisse dignitati tuae. Et paulo post apertius: Praeterea quidem de consularibus ne-
mini possum aut studij erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. Et ibidem aliquanto post: Po-
terat utrumque praecclare, si esset fides, si grauitas in hominibus consularibus. Definitur Fides lib. I. Off.
his uerbis: Fides est dictorum, conuentorumq. constantia, & ueritas: ex quo; quamquam hoc
uidebitur fortasse cuiquam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde uerba sint
ducta; credamusq. quia fiat quod dictum est, appellatam Fidem. Et lib. IV. de rep. apud Nonium: Fides no-
men ipsum mihi uidetur habere, cum sit quod dicitur. Hinc illud ad Tironem ep. 12. lib. xvi. Tu
mis uis nostris para ut operas reddas. nostra ad diem dictam sicut docui enim te, Fides εὐτύχει quod ha-
beret. S U M M A . E S S E . D E B E B A T ; { quod eorum auctoritatem, dignitatem, uoluntatemq. defenderas.

Argumentum ep. 2.

Tota est negotialis epistola, excepta morali clausula: in qua studium, & officium in agendo, diligentiam in scribendo promittit. Significat, quid actum sit in senatu; quid ipse oratione sua profecerit; quem Bibuli sententia exitum habuerit; consules quid sentiant; quo Pompeius, quo familiares eius animo sint. Et, quoniam Lentulo in regia causa duo maxime tribuni pl. aduersabantur, Cato, & Caninius, quorum alter totam regis reductionem oppugnabat, alter Pompeio studebat: his, ne quid agere cum populo possent, obiecta esse dicit impedimenta auspiciorum, & legum.

Cicero S. D. Lentulo. 2.

IDI BVS Ian. in senatu nibil est confitum: propter ea quod dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli consu's, & Canini' tribuni pl. eo die nos quoque multa uerba fecimus; maximeq. iusti sumus senatum commemoratione tuae uoluntatis erga illum ordinem commouere. itaque postridie placuit, ut brenner sententias diceremus. uidebatur enim reconciliata nobis uoluntas senatus esse: quod tum dicendo, tum singulis appellandis, rogandisq. perspexeram. itaque, cum sententia prima Bibuli pronunciata esset, ut tres legati regem reducerent; secunda Hortensi, ut tu sine exercitu reduceres; tercia Volcatij, ut Pompeius reduceret: postulatum est, ut Bibuli sententia diuidetur. quatenus de religione dicebat; cuiq. rei iam obfisi non poterat, Bibulo assensum est de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Proxima erat Hortensi sententia, cui Lupus tribunus pl. qualis de Pompeio retulisset, intendere coepit, ante se oportere discessiōnem facere, quam consules, eius oratione uehementer ab omnibus reclamatum est; erat enim & iniqua, & noua, consules neque concedebant, neque ualde repugnabant: diem consimi uolebant; id quod est factum: perspiciebant enim in Hortensi sententiam multis partibus plures ituros; quamquam aperte Volcaro assentirentur. multi rogabantur, atque id ipsum consulibus inuitis: nam Bibuli senten-

tiam ualere cupierunt. Hac contiouersia usque ad noctem ducta, senatus est dimissus; & ego eo die casu apud Pompeium cenui; nactusq. tempus hoc magis idoneum, quam umquam antea, quod post tuum discessum is dies honestissimus nobis fuerat in senatu, ita sum cum illo locutus, ut mihi uiderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam transducere. quem ego ipsum cum audio, prorsus eum libero omni suspitione cupiditatis; cum autem eius familiares omnium ordinum video, perspicio id, quod iam omnibus est aperatum, totam rem istam iampidem a certis hominibus, non innito rege ipso, consiliarijsq. eius, esse corruptam. Haec scripti ad xvi. Kal. Febr. ante lucem. eo die senatus erat futurus. nos in senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, & iniuriae, retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo aut saluis auspicijs, aut saluis legibus, aut denique sine ui posse. De his rebus pridie, quam haec scripti, senatus auctoritas grauiissima intercesserat: cui cum Cato, & Caninius intercessissent, tamen est perscripta. eam ad te missam esse arbitror. De ceteris rebus, quidquid erit a Elum scribam ad te; & ut quam rectissime agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia prouidebo. Vale.

EXPLANATIO

ALTERCATIONE} de rege reducendo: cum Caninius Pompeio rem deferri uellet; consul regem neque cum exercitu reduci, neque ab ijs, qui cum imperio essent, ita Pompeium excludebat, qui cum imperio erat. **L**ENTVLI} Marcellini: hic appellatur & ep. 2. lib. v. ad Atticum. In quibusdam libris, Lucij, non omnino absurde: potest enim intelligi de altero consule L. Philippo, qui sentiebat idem, quod collega. Ac, ne quem offendat unicum praenomen, exempla occurruunt similia non pauca, ut cum, Cnaeus, pro Pompeio Magno accipitur; Publius, pro Cludio, Ciceronis inimico; Sextus, pro Peducaco, Attici familiarissimo. præterea, cum consul nominatur, non ne satis, quis Lucius sit, ostenditur, & a ceteris Lucijs distinguitur? **C**ANINI} pro Pompeio contendentis. consules autem uel non reduci regem uolebant, uel non ab ijs reduci, qui cum imperio essent, sed a priuatis, ex Bibuli sententia, ita Pompeius, & Bibulus excludebantur. Infra: Bibuli sententiam consules ualere cupierunt. Caninius hic potest esse Rebilus ille, qui mortuo pridie Kal. Ian. Q. Fabio consule, subrogatus est, ut in reliquas tantum eius dici hogas consulatum gereret. ep. 30. lib. vii. Meruit in Gallia Caefare imperatore, Hirtius lib. ix. bel Gall.

TRIBVN

T R I B U N I . P L . si cum consule altercatur, nimis est in senatu. itaque falsa uideri potest Valerij doctrina: cuius haec sunt lib. II. cap. I. Tribuni pl. intrare curiam non licet: ante ualas, positis subsellis, decreta patrum examinabant. Quod refellunt exempla prope innumerabilia: quorum unum afferam ex ep. 5. In senatu a Catone asperge, & acerbe, omnium magno silentio, est accusatus. Verum ad prisa fortasse tempora Valerius respexit: cum praesertim dicat, Non licet; &c. Examinabant: tamquam consuetudine mutata, nam, cum tribuni pl. senatores non erant, tunc ijs non licuisse curiam intrare, ratio magis probat. postea, nisi senatorij essent ordinis, non uidentur petuisse tribunatum. quod Suetonius in Augusto docet his uerbis: In locum demortui tribuni pl. candidatum se petitorem ostendit, quamquam patricius, nec dum senator. Et infra: Cornitijs tribunicij, si decessent candidati senatores, ex equitibus Romanis creantur, ita ut, potestate transacta, in utro uellent ordine manerent. Id Gellius quoque comprobare uideatur lib. XIV. cap. 8. **T V A E . V O L V N T A T I S .** auctoritatem senatus Lentulus consul acerrime defendit, unde illud ep. 9. Sensus bonorum recreatus abs te totus est. Quibus enim consulibus noua quaedam, & extraordinaria imperia placent, ij, contempto senatu, populi studium, & benevolentiam aucupantur. qua uia Caesar usus, ad singularem potentiam peruenit. **O R D I N E M .** princeps ordo, sumimus, amplissimus a Cicerone senatus uocatur, distinguendi gratia: tres enim erant ordines in ciuitate, primo loco senatus, secundo equites, postremo ij, qui neque senatores, neque equites erant, qui, de plebe, dicebantur. Sed, quoniam Ordinis nomen honestatem quandam significat; ideo, plebeius ordo, de ueteribus, quod sciam, nemo dixit; cum tamen, tertius ordo, aut infimus ordo, dicerent, plebem ipsam significantes. at senatorij ordinis, equestris ordinis creberima mentio. id puto causae fuisse; quia plebs ex ingenuis tota non constabat; cum in ea libertini essent: quos Ordinem parum proprie uocari, Pedianus ostendit. nam cum de ijs, Q. modestum ordinem, Cicero dixisset; subiungit haec: Libertinos significat; quorum non condicione, sed more suo, quasi honestorum, ordinem uocat. **R E C O N C I L I A T A .** quam alienauerat regial largitio. **A P P E L L A N D I S .** nominandis. **R O G A N D I S Q .** ut sententiam dicerent. rogabantur enim & a priuatis sententiae: quod hic locus indicat; & infra: Multi rogabantur, atque id ipsum consulibus inuitis. Mos quidem erat, ut sententias rogaret magistratus is, qui ad senatum retulerat. exemplum habemus apud Ciceronem de Lupo tribuno pl. in ep. I. ad Q. Fratrem. **S E N T E N T I A p r i m a B i b u l i .** Si ratio gesti consulatus haberetur, primus rogari sententiam debuit Hortensius, secundus Volcatius, tertius Bibulus: sed, quia consules Hortensium fauere Lentulo, Volcatium Pompeio, Bibulum utriusque infensum esse intelligebant, ideo uel primo loco Bibulum rogarunt: (nam, quem uellent, rogare priuum poterant, ut Cicero ep. x. lib. I. ad Att. & Suetonius in Iulio docet) uel certe cum ordinem in rogado seruasset, primam tamen pronunciari Bibuli sententiam uoluerunt: cuius exemplum beneficij habemus in ep. 12. lib. x. Cum Seruilius gratia effecisset, ut sua sententia prima pronunciaretur; frequens cum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Erant autem ij, quorum sententiae primae pronunciarentur, ideo condicione meliore, quia, si plures in eorum sententiam transirent, siebat S. C. neque reliquorum sententijs locus erat. **T R E S . L E G A T I .** ex ijs, qui priuati erant. **H O R T E N S I I .** cum quo Lucullus, & Cicero sentiebant. **D I V I D E R E T V R .** quia de religione, & de tribus legatis simul deliberandum censebat: quod si esset factum, utrumque simul rejici, aut utrumque simul probari necesse erat. quam consuetudinem egregie Pedianus expressit his uerbis: Cum aliquis in dicenda sententia duas plures res complebitur, eae si non omnes probantur, postulatur, ut diuidatur, id est de rebus singulis referatur. Et cum subiungit, Multi sedentes hoc unum uerbum pronunciant, Diuide; ostendit, ius postulandi, ut sententia diuidetur, non consulibus tantum, sed senatoribus etiam fuisse. Festus etiam sic: Numera senatum, ait quiuis senator consuli, cum impedimento uult esse, quo minus faciat S. C. postulatq. ut aut res, quae affruntur, diuidantur; aut singuli consulantur; aut, si tot non sunt scatores, quo numero liceat praescribi S. C. **D E . R E L I C I O N E .** de Sibyllinis uerbis regem reduci cum exercitu uetantibus. **C V I Q . R E I .** iam obisti non poterat, satis implicata sententia uideatur, sed, ut arbitror, explicabitur hoc modo. Quatenus de religione loquebatur, & in quo iam obisti non poterat; Bibulo assentum est. ep. I. Hortensij, & mea, & Luculli sententia cedit religione de exercitu: teneri enim res aliter non potest. Obisti autem ideo non poterat, quia factum iam erat S. C. regem cum multitudine reduci, periculosem reip. uideri. Antiqui libri omnes, qui apud me sunt, Clam, habent, pro, Iam: quod mendosum esse constat. **I E R V N T i n a l i a o m n i a .** Ite in alia omnia, & Discedere, & Transire, pro dissentire, ueteres dicebant. de quo Festus his uerbis: Qui hoc censem, illuc transite; qui alia omnia, in hanc partem. his uerbis praeceps omnis uidelicit causa; ne dicat, Qui non censem. sic locutus est Coelius ep. 13. lib. IIX. Cum prima M. Marcelli sententia pronunciata eset, qui agendum cum tribunis pl. censem, frequens senatus in alia omnia ijt. Et Cic. ep. 12. lib. x. Cum gratia effecisset, ut sua sententia prima pronunciaretur; frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Ep. I. lib. II. ad Att. Ibatur in eam sententiam. Hirpius lib. IIX. bel. Gal. Discessionem faciente Marcello, senatus frequens in alia omnia transiit. **C V M . L V P V S .** siue, Cum, siue, Tum, siue, Cui, legatur; in quo scripti libri dissentunt; parui reser. nihil enim aut additur ad sententiam, aut detrahitur. **I N T E N D E R E .** sic antiqui libri, quos uidérin, omnes, non, Contendere. Pro Quintio: Qui sibi eum nuper edidit socium, quem, quo modo nunc intendit, ne in iuuorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Hoc autem intendebat Lupus, cum ipse de Pompeio, sine controversia principi equitatis, retulisset, ante se oportere discessionem facere, quam consules: quod uercretur, ne, si de Hortensi sententia, quae Lentulum decernebat, discessio fieret, maior senatorum numerus eam probaret. **D I S C E S S I O N E M f a c e r e .** aut, discedendi potestatem facere senatoribus de sua sententia: aut, discessionem

scessionem ipsum facere; quia primus de sua sententia discessione facere soleretis, qui retulisset; deinde
 senatores alij sequerentur. Quaeri potest, cur non idem Bibulo Lupus, quod Hortensio opposuerit, ut de
 sua sententia discessionem ipse faceret, ante quam consules. Quia senatoribus non admodum eius probari
 sententiam, nec ab eo, sed ab Hortensio, timendum intelligeret. **I N I Q V A , & noua.** iniquum, & no-
 num est, ut in discessione facienda, quod tribunis pl. placeat, fiat potius, quam eum consulibus. **M V L-**
T I S , P A R T I B V S . P L V R E S } multo plures. Eodem modo Coelius ep. 9. lib. 11X. Turpe tibi erit, Pa-
 tischem Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures. In Academicis: Quibus efficitur,
 solem multis partibus maiorem esse, quam terram. Lib. 111. de Fin. Multis partibus malit, pro multo malit.
 Caesar lib. 111. bel. ci. Eo fama iam praeccurrerat de proelio Dyrrachino, quod multis auxerat partibus.
 Ibidem infra: Exercitus numero multis partibus inferior; Suetonius in Julio; Innumeritas aduersariorum
 copias multis partibus ipsi pauciores facile superauerunt. **A P E R T E** simulabant Pompeij caussa: sed
 consules, oratione Ciceronis reconciliatam Lentulo senatus uoluntatem intelligentes, diem consumi passi
 sunt; ne discessio fieret: cum nec a Lentulo, nec a Pompeio regem reduci uellent, sed aut a privatis, ex Bi-
 buli sententia, quam senatus iam improbauerat, aut omnino non reduci; quod factum est. **R O G A-**
B A N T V R , a senatoribus, uarie sentientibus: cum alij Pompeio, alij Lentulo fauarent, alij alter sentirent.
 ipse etiam Cicero rogauerat, dixit enim: Quod tum dicendo, tum singulis appellandis, rogandisq. perspe-
 xeram. **E o . D I E** cum de certo die loquimur, uirili uitum gener; cum de tempore, muliebri. con-
 firmatur exemplis. quo magis miror Nonium contra sentire. scripsit enim haec: Diem uolunt, cum fe-
 minino genere dicimus, tempus significare; masculino, diem ipsum. nos contra inuenimus. Turpilius Pe-
 dio: Quando equidem amorem intercapidine ipsa leniuit dies, id est, ipsum tempus. Pacuvius Dulore-
 ste: Gnatam despont: nuptijs hanc dat diem. Virg. Aen. lib. 2. Ergo dies infanda aderat, mihi sacra pa-
 rari. Haec Nonius: uerum haec fortasse licentia tribuitur poetis; quorum testimonio usus est. **A P V D**
 Pompeium cenauit: Cenare apud aliquem, interdum est & eius domi, & cum co cenare; quod hic locus often-
 dit, & ille ep. 9. Cenauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Interdum autem, eius quidem domi,
 non autem cum eo cenare: ut ep. 12. lib. 4. ad Att. Postridie Kal. cena apud me cum Pilia. Apud me,
 inquit, id est domi meae: quāquam ipse abesser. Cenarum usus non idem semper apud ueteres fuit. Primū,
 cibis meridi sumptus cena uocabatur, uesperi uespenna: postea meridianus cibus, quem non ordinarium
 fuisse e Celso constat, prandium appellatum, uespertinus autem cena, de quo sic Festus: Cena apud anti-
 quos dicebatur, quod nunc est prandium: uespenna, quam nunc cenam appellamus. Et alio loco: Vesper-
 na apud Plantum cena intelligitur. Et Isidorus cap. 20. lib. 2. Est etiam cena uespertinus cibus, quam
 uespertinam antiqui dicebant, in usu enim non erant prandia. Merendam ueteres dixisse pro prandio, quod
 scilicet medio die caperetur, auctor est Festus. Nonius autem: Merenda cibus est, qui post meridiem da-
 tur. Idem Isidorus: Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, & prox-
 imo cenae: unde & antecena a quibusdam uocatur. item merendare, quasi meridiem edere. Sed Festus de pri-
 scis temporibus loquitur, cum merenda fuit pro prandio; Nonius de suis, cum inter prandium & cenam
 merenda in usu esset: qui mos hodieq. retinetur. **Q**uinquies igitur quotidie capi solitum esse cibum, quod
 a paucis tamen factum existimo, animaduertitur; mane, quod ientaculum dixerit; meridiem, prandium; post
 meridiem, merendam; uesperti, cenam; post cenam, commissationem. solac cenae quotidie in usu fuere:
 prandia nec, ut opinor, apud omnes, (de Romanis loquor) & aestate potius, quam hieme: quod Celsus
 lib. 4. & vii. docet. **H O N E S T I S S I M V }** eo enim die senatus uoluntas Lentulo reconciliata uide-
 batur. itaque, quod in prosperis rebus plus habet auctoritatis oratio nostra, quam in aduersis; propterea
 magis idoneum, quam umquam antea, tempus illud Cicero iudicauit cum Pompeio colloquendi. **C v M**
I L L O . L O C V T V S , qui scribunt, Locutus, potius quam, Locutus, contra Prisciani auctoritatem fa-
 ciunt. is enim lib. 1. Q in quibusdam participijs transfertur in c, ut sequor secutus, loquor locutus. **H O-**
M I N I S } Sic saepe ueteres loquebantur, cum indicare uellent eum ipsum, quem antea nominarant. ep. 1.
 lib. 111. Valde hominem diligo. Etin Verrem: Nostris os hominis. **S V S P I C I O N E , C V P I D I T A T I S ;** or-
 ta ex concursatione, & contentione Libonis, & Hypsaci, omniumq. eius familiarium studio. ep. 1.
O M N I V M , O R D I N V M } dixi iam, constare ciuitatem e tribus ordinibus. **I A M P R I D E M ;** mul-
 to ante, quam profectus es. ep. 1. **C E R T I S . H O M I N I B V S ,** intimis, ac domesticis Pompeij.
N O N . I N V I T O . r e g e i p s o , Ab ipso rege, dixit, ep. 1. **C O R R U P T A M ,** ne putemus, corru-
 ptum Pompeium significari, quem liberavit iam omni suspicione cupiditatis; sed hoc in eius familiares
 confertur. **A D . x v i . K a l . F e b r ,** ergo pridie fuerat, xvii. Kal. quo die sententias esse dictas often-
 dit. at nunc qui dies in Ianuario mense post idus sequitur, est xix. Kal. Febr. non xvii, quo ne mo-
 ueamur, sciendum est, Ianuarium tunc habuisse tantum xxix. dies, Numae regis instituto, qui an-
 num Lunae cursu dimidietur est. Caesar autem dictator annum ad cursum Solis accommodauit, binis die-
 bus in Ianuarium, Sextilem, Decembrem insertis: ut tricenos singulos haberent dies, qui xxix. tantum
 habuerant. Macrobius, Suetonius, alij: **P E R F I D I A , E T , I N I Q U I T A T E ,** perfidia, inuidorum;
 iniquitate, inimicorum. **P O P U L A R E M , R A T I O N E M ,** a populo magis in regia caussa, quam ab
 senatu, timendum erat. nam Cato, & Caninius, tribuni pl. male erant erga Lentulum animati: & Cato ro-
 gationem postea promulgauit, ut imperium Lentulo abrogaretur: Caninius alteram legem, ut Pompeius
 cum duobus legatis regem reduceret. ep. 5. Plutarchus in Pompeio. **A G I . c u m p o p u l o ,** a tribu-
 nis pl. Agere cum populo, est, ut Messalla docet apud Gellium, lib. xiiii. cap. 15. rogare populum, quod
 suffragijs suis aut iubeat, aut uetet. Festus autem, Cum populo, inquit, agere, est, populum ad conci-
 lium, aut

hum, aut comitia uocare. Quod eodem spectat. non enim populus aut ad concilium, aut ad comitia uocabatur, nisi ut suffragijs uel iuberet aliquid, uel uetaret. **S A L V I S a u s p i c i j s**, genus illud auspiciorum, quod, seruare de caelo, dicebatur, significat, neque enim lex ferri, aut omnino agi cum populo poterat eo die, quo magistratus de caelo seruaret: quae spectio uocabatur: coq. auspiciorum genere non augures, sed magistratus, non modo maiores, uerum etiam minores utebantur. Impedire actiones tribunicias uel ope magistratus, qui comitialibus diebus de caelo seruaret, Cicero cogitabat; uel, si lex ferretur, alicuius tribuni pl. intercessione: propterea subiungit, *Aut saluis legibus*: nam intercessioni parendum legibus erat. Nihil, inquit, a populo timendum: si modo auspicia, aut leges ualebunt: quae stante rep. ualeant, necesse est. Haec duo legis impedienda genera nommantur in oratione pro Sextio: *Victa est causa reip. non auspicij, non intercessione, non suffragijs, sed ui, manu, ferro.* Et Phil. 1. *Quaerunt, quid sit, cur aut ego, aut quisquam uestrum, P. C. bonis tribunis pl. leges malas metuat. paratos habemus, qui intercedant; paratos, qui remp. religione defendant.* Religionis enim nomine auspicia magistratum significat. Habebat autem Cicero sui studioissimos ex collegio tribunorum, quos uel ad seruandum de caelo, uel ad intercedendum facile adducere, Raciliūm, & Plancium. ep. 1. lib. 11. ad Q. Fratrem. **A V T . D E N I Q U E sine ui** { cur hoc tertium addit? Vt ostendat, si tribunos pl. nec auspicia, nec intercessio deterreat, populum tamen ipsum nouas leges non esse probaturum. itaque, praeter uim, qua tribuni pl. nonnumquam in ferendis legibus utebantur, nihil timendum. De hac ipsa ui sic in ep. 2. lib. 11. ad Q. Fr. *Suspicio Caninium per uim rogationem perlaturum.* De eadem, & simul de populi studio erga Lentulum, epist. 4. Ego tibia ui, hac praeferim imbecillitate magistratum, praestare nihil possum: ui excepta, possum confirmare, te & senatus, & populi Romani summo studio amplitudinem tuam retenturum. Vis autem illa significatur, cum seditioni tribuni pl. ut suas rogationes perferrent, eam populi partem, quae bene de rep. sentire uidebatur, armis foro excluderent, operas autem ad suffragia ferenda inducerent. Describitur hacc uis cum in alijs orationibus, tum in Phil. 1. his uerbis: *Forum saepit: omnes claudentur aditus: armati in praefidijs collocabuntur. &c.* **D E . H I S . R E B V S** { ut omnino tribuni pl. nihil agere cum populo possent, quod Lentuli dignitatem imminuinet. **P R I D I E** { xvii. Kal. Febr. quo die breuiter in senatu sententiae dictae sunt. **A V C T O R I T A S** { cum senatus legitimus, id est, quo loco, quo die, quo numero, a quo magistratu oporteret, habitus, aliiquid uel de publica, uel de priuata re decreuerat; tum si ex collegio tribunorum pl. nemo intercedebat, rata senatus uoluntas erat, & S. C. dicebatur; coq. nomine inscriptum publicis tabulis consignabatur: si autem uel senatus non legitimus aliquid decreuerat, uel tribunus pl. intercesserat; infirmum, ac prouersus irritum decretum illud erat, nec S. C. sed senatus auctoritas uocabatur: propterea quod auctoritatem quandam publicis tabulis testata senatus uoluntas habere uidebatur. *testis Liuius lib. iv.* Si quis, inquit, intercedat, S.C. auctoritate se fore contentum. *Testis Dionis historia.* nam cum Q. Casius Longinus, & M. Antonius, tribuni pl. intercederent, quominus fieret S.C. de Caesare ex Gallia reuocando; cumq. senatus, Pöpeio deditus, a Caesare alieno, propterea uestem, ut in aduersa tristiq. re, mutasset: tamen ne sic quidem factum esse S.C. sed perscriptam sententiam esse, Dio lib. xlii. significat. Idemq. lib. xlvi. cum S. C. intercederent tribuni pl. senatus tamen auctoritas perscripta est. Planissime autem lib. lv. his fere uerbis: Si quando aliiquid senatus decreuisset, nec legitimus senatorum numerus affuisset: non inerat in eo uis S.C. sed auctoritas senatus dicebatur, qua tantum constaret eorum, qui tunc affuisserint, uoluntas, & sententia. obseruatum idem est, cum uel senatus alieno loco, aut tempore, aut non legitimo edicto habitus esset, uel tribuni pl. intercessissent. impedito enim S.C. existare tamen senatus uoluit sententiam suam. Accedit Ciceronis testimoniū in ep. 7. S. C. nullum exstat, quo rediuctio regis Alexandrini tibi adempta sit; eaque, quae de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam uim habet, ut magistratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium, esse uideatur. Et ibidem paulo post: Offensionem esse periculosam, propter interpositam auctoritatem, religionemq. uideo. Et ep. 2. lib. iv. ad Att. Nondum satis erat allatum, quo modo Caesar ferret de auctoritate perscripta. Loquitur ibi Cicero de S. C. ab intercedentibus Cassio, & Antonio, tribunis pl. impedito. quod ex Dione iam ostendimus. Nec dubito, quin de auctoritate perscripta, cum senatus decreto intercessum esset, Cicero significet lib. 111. de leg. in eo loco: *Senatus decfeta rata sunt.* ast ni potestas par, maiore prohibessit, perscripta seruanto. Quae licet exempla satis hunc morem ostendant: ut dubitatio tamen omnis auferatur, adscribemus uerba S. C. quod Coelius inclusum epistolae ad Ciceronem misit. Si quis huic S. C. intercesserit; senatu placere auctorita tem perscribi, & de ea re ad senatum, populumq. referri. Et in alio eiusdem S. C. capite: Si quis huic S. C. intercessisset, auctoritas perscriberetur. Huic opinioni locum aduersari Ciceronis in oratione pro Deiotaro, aliquis fortasse dixerit. Cum audisset Deiotarus, inquit, senatus consentientis auctoritate arma sumpta, consulibus, praetoribus, tribunis pl. nobis imperatoribus remp. defendendam datam. Senatus auctoritatem uocat in ea re, de qua S. C. esse factum, Caesar ostendit lib. 1. de bcl. ci. Decurritur, inquit, ad illud extremum, atque ultimum S. C. quo, nisi paene in ipso uerbis incendio, atque desperatione omnium salutis, numquam ante descensum est: Denit operam consules, praetores, tribuni pl. quiq. proconsules sunt ad urbem, ne quid resp. detriumenti capiat. Haec S.C. perscrubuntur ad vii. Id. Ian. Hoc argumentum dupli ratione refellitur: uel quod, cu S.C. illud contra Caesarem, bellum ciuilis initio factū esset; nec tribunis pl. ad intercedendum paratis, locus esset; non auderet Cicero, ad Caesarem, iam omnia tenentem, pro Deiotaro reo suppliciter agens, S. C. appellare; praeferim cum sciat, si tribunis pl. Antonio, & Cassio intercedereliciisset, quod Pompeianorum factione non licuit, S.C. esse non potuisse. itaque sapienter.

sapienter tempori, caussa eq̄ seruiens, odiosum Caefari uocabulum Cicero uitauit, a quo salutem Deiotari regis impetrare cupiebat. Altera est ratio, mihi quidē ualde probata, quod senatus auctoritas non semper decretu illud significat, quod ne senatus consulti uim & nomen haberet, intercessione siebat; sed, ubi nulla intercessionis mentio sit, pro ipso accipitur S.C. ut in oratione in Pisonem: Quām prouinciam P. Lentulus cū & senatus auctoritate, & sorte haberet, depositam Ptolemaei regis reductionem, quam ei senatus consulti esse mandatā, & supra demonstratum est. Et in ea pro domo: Ex senatus auctoritate & senatum, & omnes bonos mutata ueste uidi. Senatus auctoritatem appellat, cum tamen S.C. de mutanda ueste factum esset; quod ex oratione pro Sextio cognoscitur. In Vatinium: Nē hoc quidē senati relinquebas, ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur? Quis non intelligit, Ex eius ordinis auctoritate, pro, ex S. C. dictum esse? cum paullo post sequatur: Quis legatos umquam audiuit sine S. C.? ante te nemo. Ergo, senatus consentientis auctoritate arma sumpta, idem ualeat, quod, uniuerso approbante senatu, decreto senatus uniuersi. IN T E R C E S S E R A T ; Intercedere, modo est impedire, ut infra: Cui cum Catō, & Caninius intercessisset, tamen est perscripta: modo interuenire, ut hic, & ep. 2. lib. xv. Cum ueltra auctoritas intercessisset, ut ego regem Ariobarzanem tuerer. Et ep. 4. eiusdem libri: Studui quam ornatissima senatus, populiq. Romani de me iudicia intercedere. Eodem sensu dixit Coelius ep. 6. lib. ix. Significatio illa si intercesserit; clarius, quam deceat, aut expeditat, fiat. Et in Verrem lib. 11. Cum imperatoris populi Romani auctoritas, legatorum decem dignitas S. C. intercederet. IN T E R C E S S I S S E N T , impedijssent, ne S. C. fieret, ideo senatus auctoritas, S. C. impedito, perscripta est. intercedere enim, proprie tribunorum pl. fuit. quamquam participes eius fuisse potestatis omnes, qui eadem po testate, qua ijs, qui S. C. facere uellent, maioreue essent, docet Gellius ex Varrone lib. xiv. cap. 7. DE CETERIS, REBUS, a negotio transit ad officium: id quod, absoluta narratione, uel ad augendam eius, ad quem scribitur, spem, uel ad leniendum dolorem ualere plurimum solet. Ceteris rebus, dixit, non quaecumque ad Lentulum, sed ijs, quae ad regis reductionem pertinere uiderentur. C V R A, OPERA, diligentia, gratia: quia neque cura sine opera, nec opera sine diligentia sufficit, ideo coniungit haec tria. rursus, quod haec simul omnia, nisi accedat gratia, ualde non proficiunt; gratiam adiungit; aequa ac si dicat: Quidquid gratia ualebo, ualebo tibi.

Argumentum ep. 3.

Commendacione litterae pertinent admirale genus. non enim a gesta, gerenda ue re sumitur argumentum; sed ea scribuntur, quae magna ex parte suadet humanitas, quaeq. in commendando plurimum habere pondoris existimamus. Perfecta autem commendatio tribus fere constat partibus. nam & amicitia cum eo, qui commendatur, & rei aequitas, & studium nostrum ostendit. Hic amicitia cum Trebonio declaratur in eo loco, Multos annos utor ualde familiariter: rei aequitas in eo, Quae T. Am. pius de eius re decreuerit: studium commendantis in clausula, Ut intelligat nostram commendationem non uulgarem fuisse.

Cicero S. D. Lentulo. 3.

ATREBONIO, qui in tua prouincia magna ne agorā, & ampli, & expedita habet, multos annos utor ualde familiariter. is cum antea semper, & suo splendore, & nostra, ceterorumq. amicorum commendatione, gratissimus in prouincia fuit: tum hoc tempore, propter tuum in me amorem, nostramq. necessitudinem, uehementer confidit, his meis litteris se apud te gratio-

sum fore, quae ne spes eum fallat, uehementer te rogo: commendoq. tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam, in primisque, quae T. Ampius de eius re decreuerit, ea comprobet: omnibusq. rebus eum ita tractet, ut intelligat nostram commendationem non uulgarem fuisse. Vale.

E X P L A N A T I O

ATREBONIO: non dubito, quin fuerit equestris ordinis, nam negotiari senatoribus non modo turpe fuit, uerum etiam ueteri lege non licuit. Luius lib. xxi. Q. Claudius tribunus pl. legem tulit, ne quis



It, ne quis senator, cuius senator pater fuisset, maritimam nauem, quae plus, quam trecentarum amphorarum esset, haberet. id satis usum ad fructus ex agris uectandos. Præterea, splendoris mentio pertinere ad equitem uidetur. PROVINCIA³ Cilicia. MAGNA³ iure igitur a me commendatur. AMPLA³ multis in locis: nam, si uno loco essent, minus esset necessaria commendatio. Sæpe ad rei magnitudinem additur amplitudo, ut in epist. Caecinae lib. vi. Quamquam id magnum, & amplius est. De Inuent. lib. i. Magna, & ampla pars. Pro Sextio: Non aggrediar ad illa maxima, atque amplissima. EXPEDITA³ impedita enim, ne tibi molestiam afferrem, haud libenter tibi commendarem. MVLTO³ ANNO³ utor ualde familiariter. usus commendationis est causa. quo enim uitium, cum commendare debemus: sed, si hoc accedit, ut & multos annos, & ualde familiariter utamur; officio non solum iusto, necrum etiam prope necessario ad commendandum impellimur. SVO. SPLENDORE³ siue Splendorem Ciceron tribuit equitibus Romanis, ut ep. 26. lib. xii. Magnam ex eorum splendore & obseruantia capies uoluptatem. & ep. 27. eiusdem libri: Sex. Aufidius splendore equitis Romani nemini cedit. In oratione pro Roscio Amer. Equestrem splendorem nominat. Est autem splendor in equite, dignitas non ex aliquo magistratu parta, sed ex ipso ordine, qui fuit in ciuitate honestissimus. probatur ipso interprete Cicerone: cuius haec sunt in oratione pro Coelio: Obiectus est pater uarie, quod aut parum splendidus ipse, aut parum pie tractatus a fili o diceretur. De dignitate, Coelius notis ac maioribus natu etiam sine mea oratione tacitus facile ipse respondet. De dignitate, dixit, cum ad illud, Parum splendidus, responderet. ex quo apparet, splendorem, & dignitatem in equite idem esse. CETERORVM³ bonus igitur uir, qui abundet amicis. GRATISSIMVS in provincia fuit: ne me putas ignotum hominem tibi commendare. Malim, Gratiissimus: cum sequatur, se apud te gratiosum fore: nec omnino loquendi modus placet, Gratum esse aliquem in prouincia. significat autem, apud eos potius, qui prouinciae praefuerunt, gratiissimum fuisse, quam apud prouinciales, priuatiq. iuris homines. Tvvm. IN. ME. AMOREM³ omnibus notissimum & beneficij tui magnitudine, & nouitate meorum temporum. NOSTRAMQ. NECESSITUDINEM³ mutuus amor ostenditur, nec sine causa. hoc enim significat: quia tu me amas, Trebonius futurum sperat, ut id, quod cupio, consequar: quia uero ego te uicissim amo, dignum esse me, qui hoc impetrem, arbitratur. LIBERTOS, procuratores, familiam³ appareret, id quod Ciceron dixit, magna fuisse, & ampla Trebonij negotia: cum ea liberti, procuratores, serui tractarent sic ep. 29. lib. xii. Tantum uelut existimes, si negotia Lamiae, procuratores, libertos, familiam quibuscumque rebus opus erit, defenderis. &c. Liberti, ut meliore, quam serui, iure sunt, cum ciuitatem adipiscantur; sic deteriore, quam ingenui, cum honores non capiant. sunt autem uel singulorum hominum, quibus antea seruiebant, uel societatum, uel fanorum, uel opidorum beneficio liberati, si singulorum, ab ijs praenomen, & nomen sumebant, retento seruili nomine, quod post manumissionem tertio loco quasi cognomen ponebatur. ut M. Tullius Tiro: si societatum, carum nominibus utebantur, Asiatici, Siéuli uel liberti uocati: si fanorum, ab ijs appellabantur, ut Venerij, Mercuriales, Capitolini: si opidorum, ab ijs quoque, ut a Fauentia Fauentini, a Reate Reatini. Romæ mos antiquus immutatus est: nam cum liberti Romani dicti essent, ad similitudinem libertorum municipalium, postea magistratus nomina, qui eos liberaret, acceperunt: in seruis tamen publicis, quae in libertis est amissa, uetus appellatio mansit: semper enim dicitur, publici serui Romani. Hac tota de re M. Varro, sed obscure satis, nos tamquam interpretes, quam planissime fieri potuit, eius doctrinam studiuimus explicare. Procuratores uocat, uicarios iuris sui: familiam, seruos, ut in Bruto: Cum insimularetur familia, partim etiam liberi homines societas eius. T. AMPIVS³ qui ante Lentulum Ciliciae praefuerat, praetorius, non consularis. T. Ampium tribunum pl. nominat Velleius lib. ii. qui cum T. Labieno collega legem tulit, Cicerone consule, ut Pompeius post uictoriā Mithridaticā ludis Circensis corona aurea, & omni cultu triumphantium ueteretur, scenicis autem praetexta, coronaq. aurea. Inter tribunatum autem, & praeturam cum anni quattuor intersint, praetor fuisse uidetur Pisone & Gab. eos, id est quadriennio post Ciceronem consulem, & anno sequenti, Lentulo & Metello cos. iuit in Ciliciam: eiq. postero anno Lentulus, Marcellino & Philippo eos. successit. itaque ratio temporum probare uidetur, Ampium, qui Ciliciae praefuit ante Lentulum, cum esse, quem nominat Velleius. Nec tamen eum negauerim esse posse, qui ciuium bello delectum habuit pro Pompeo, ut ep. xi. lib. ix. ad Att. & ad quem exsulem epistolæ Ciceronis extant lib. vi. & lib. x. Caesar quoque Pompeianum indicat fuisse lib. iii. bel. ci. cum ait: Reperiens, T. Ampium conatum esse tollere pecunias Ephesi ex fano Diana, eiusq. rei causa senatores omnes ex prouincia uocasse, ut, ijs testibus, summa pecuniae ueteretur, sed interpellatum aduentu Caesaris profugisse. Legebatur olim in uulgatis libris, T. Appius, mendo manifesto: quia duo praenomina simul esse non possunt. ideo reposuimus, coniecturam fecuti, T. Ampius: quam postea coniecturam ueteres aliquot libri comprobarunt. Mediceus tamen, & alij nonnulli, Tampius: quod reprehendere non ausim, cum Tampiorum quoque familiam Romæ fuisse uideam. NON. VULGAREM³ non quo genere uulgo utimur in ijs commendandis, quorum causa minimum laboramus, uerum accuratam, exquisitam, amoris, ac studij plenam.

Argumentum ep. 4.

Negotialis est usque ad illud, Ego neque de meo studio. Narrat, quid actum in senatu, quid promiserint tribuni pl. quae sit opinio populi Romani, qua senatus in eum uoluntate: quod ad popularem rationem attinet, nihil timendum, ui tamen excepta: suum studium in regia caussa, aliorum iniurias, magistratum imbecillitatem ostendit: postremo de senatu, populoq. Romano spem optimam afferit.

Cicero S. D: Lentulo.

4.

Ad XVI. Kal. Febr. cum in senatu pulcherrime staremus, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus; unumq. certamen esset relictum, sententia Volcatij; res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calumnijs. caussam enim, frequenti senatu, in magna uarietate, magnaq. inuidia eorum, qui a te caussam regiam alio transferebant, obtinebamus. eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem, paene etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt se legem ullam ante comitia esse laturos. senatus baloeri ante Kal. Febr. per legem Tupiam, id quod scis, non potest, neque mensē Febr. toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. haec tamen opinio esti populi R. a tuis iniuris, atque obtrectatoribus nomen inductum factae religionis, non tam ut te impidirent, quam ut ne quis proper ex exercitus cupiditatē Alexandriam uellet ire. digni-

tatis autem tuae, nemo est, quin existimet habitam esse rationem ab senatu. nemo est enim, qui nesciat, quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum. qui nunc populi R. nomine, re autem uera sceleratissimo latrocino, si qua conabuntur agere; satis prouisum est, ut ne quid saluis auspicijs, aut legibus, aut iam sine uī agere posint. Ego neque de meo studio, neque de nouis nullorum iniuria scribendum mibi esse arbitror. quid enim aut me offendem, qui, si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uideat tuorum meritorum affectus; aut de aliorum iniurijs querar, quod sine summo dolore facere non possum? ego tibi a uī, hac praesertim imbecillitate magistratum, praefare nihil possum: uī excepta, possum confirmare, te & senatus, & populi R. summo studio amplitudinem tuam retenturum. Vale.

EXPLANATIO

Ad XVI. KAL. FEBR. } continuo triduo, idibus, XVII. & XVI. Kal. actum est in senatu de reductione regis. comitialis dies fuit, quo hanc epistolam Cicero scripsit, xv. Kal. ut ex ep. 2. lib. 2. ad Q. Fr. cognoscitur. ijs tribus diebus cur nihil sit confectum, uariae quidem obstitere caussae, sed uno nomine omnes, nimis um tribunorum pl. iniquitate, comprehenduntur. nam idibus Caninius tribunus pl. eosque cum Lentulo consule altercatus est, ut diem consumperit. XVII. Kal. ne discessio fieret in Hortensij sententiam, quae Lentulo decernebat, ut regem reduceret; Lupi tribuni pl. iniqua, & noua prohibuit oratio. XVI. Kal. res ab aduersarijs Lentuli, id est a tribunis pl. extracta est uarijs calumnijs. PULCHERRIME } honestissime, per honorifice. STAREMVS, } translatio a pugnantibus, qui stare tunc dicuntur, cum eum, quem cepere, locum obtinent: quod fortitudinis est. DE TRIBVS. LEGATIS } priuatis: qua sententia Lentulus, & Pompeius excludebantur, qui erant cum imperio, FREGERAMVS; } pergit in translatione. nam, frangere impetus aduersarij, de pugnantibus usurpatur. significat, quod in ep. 2. dictum est: De tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. CERTAMEN } tertium, & ultimum translationis uerbum, longus autem producta, similitudo potius, quam translatio, uideretur. SENTENTIA. VOLCATIJS; } ut Pompeius regem reduceret: de quo Lopus tribunus pl. retulerat. ADVER SARIJS } praesertim tribunis pl. de quibus infra: Nemo est enim, qui nesciat, quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum: qui nunc, populi Romani nomine, re autem uera sceleratissimo latrocino, si qua conabuntur agere; satis prouisum est. &c. VARIIJS CALUMNIJS. } senatores cum eam rem, de qua sententiam rogabantur, perfici nollent, longa oratione, ut diem consumerent, utebantur, ius enim erat, ut sententiam rogati, dicerent ante, quidquid uellent alius rei, & quoad uellent. quod in libro de officio senatorum Capito scriptum reliquit. Hac igitur potestate, improbo, astutoq. consilio rem extraxerunt Lentuli aduersarij, cum aliis alia diceret, ut diem eximerent: quod est factum. Varias calumnias uocat Cicero uarias caussas facte induetas, uaria figura, cum nihil uerum, nihil ex animo loquerentur, sed tantum ut rem ducerent, diemq. dicendo extraherent. sic 2. lib. 2. ad fratrem: Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est. FREQUENTI. SENATV, } cum adessent plurimi senatores. Plures quadringentis in senatu affuisse, bis omnino, ut mea memoria est, legi, CD X, in oratione post redditum in senatu, CD X V, ep. 10. lib. 1. ad Att. IN MAGNA uarietate, } sic tres mei, sic & unus Alberti Ferri, optimi

optimi eruditq. adolescentis, & duo praeterea Siganij ueteres libri. Varietatem autem sententiarum dicit hoc enim in primis honorificum, in magna uarietate, magnaq. inuidia, caussam tamen obtinere, in quo suū officium tacite Cicero commendat. quis enim nescit, operam, officiumq. nostrum laudari magis, ubi quid obtinemus in magna sententiarum uarietate, quam si uarietas non magna sit? Sententias quinque uarie determinantium exposuit in prima epistola; Hortensij, de reductione regis urū Lentulo mandanda; Crassi, de tribus legatis, etiam ex ijs, qui cum imperio essent; Bibuli, de tribus item legatis, sed ex ijs tantum, qui priuati essent; Scruilij, ne rex reduceretur; Volcatij, ut reduceretur a Pompeio. ut magnam fuisse uarietatem sententiarum necesse sit, ubi Lentulo consulares quattuor, Crassus, Bibulus, Sergilius, Volcatius, aduersarentur. in qua tamen uarietate caussam Lentulus obtinuerit, nisi uarijs columnis ab eius aduersariis extracta res esset. Ep. 2. lib. 2. ad Q. Fr. Per obrectatores Lentuli res calumnia extracta est. INVIDIA, consularium: de quibus in ep. 1. Si esset in ijs fides. In 2. In tanta hominum perfidia. In 5. Eadem fidem hominum. Et ibidem: Siquid hominum perfidia detraherit. Et in extremo: Amicum ex consularibus neminem tibi esse video. In 6. Proditoris appellat. In 7. Uchementer quosdam homines inuidis dignitati tuae. Ibidem: De consularibus nemini possum aut studiis erga te, aut officiis, aut amici animi esse testis. Aliquanto post: Esse te in principibus facile passi sunt, euolare a Itius certe noluerunt. ALIO, ad alios: cum quidam soli Pompeio caussam regiam deferri uellent; alii aliter sentirent. ACERBUM, acrem aduersarium: quod ante eum diem non contigerat. non tamen unius Lentulo, sed Pompeio pariter acerbum fuisse arbitror: oderat enim pessime sacerorum Pompeij C. Caesarem, ut Suetonius ostendit: quare Caesaris potentiam augenti quotidie Pompeio non amicum fuisse uerisimile uidetur. & eum Pompeius ipse suum esse obrectatorem aiebat. ep. 3. lib. 2. ad Q. Fr. CURIONEM, C. Scribonium Curionem, consulariem, & triumphalem, patrem eius, ad quem epistolae mittuntur lib. 2. IUSTIREM, paene etiam amicum, huius mutationis illa Bibulo caussa fuit, quod, cum ipse de tribus legatis obtinere non potuisset, malcat Lentulo rem deferri, quam Pompeio; quem Caesaris inimicissimi sui, generum, sauto remq. & amplificatorem dignitatis, ornari non libenter uidebat. LEGEM. VITAM, quod fautores Lentuli timebant. ideo subiunxit: Satis prouisum est, ne quid saluis auspicijs, aut legibus, aut iam sine ui agere possint. Et ep. 2. ANTE. COMITIA, ante Sextilem mensem, quo designabantur magistratus, maiores centuriatis comitijs, minores tributis. LATVROS, Cato tamen haec conatus est: promulgauit enim, ut Lentulo Ciliciae imperium abrogaretur. ep. 5. LEGEM. PUPIAM, quae comitalibus diebus haberi senatum uetabat. ad Q. Fr. ep. 2. lib. 2. Per obrectatores Lentuli res calumnia extracta est. consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberin non poterat. Et ep. 12. Comitalibus diebus Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum; & quod Gabinia sanctum sit, etiam cogi, legatis quotidie senatum dari. PERFECTIS, auditis, & dato responso, remissis. LEGATIONIBVS, quibus dari senatum, lex Gabinia iubebat. FACTAE. RELIGIONIS, non enim cosreligio mouebat: sed specie religionis malevolentiam suam tegebant. Religoris calumnia nocatur in ep. 1. VELLET. IRE, adempto enim exercitu, nemo ire uellet: cum Alexandrinos, nisi cogerentur armis, regem non esse recepturos constaret. AB SENATV, non enim senatus, sed aduersariorum tuorum culpa, ne discessio fieret, commissum est. QVI. NVNC, his comitalibus diebus: quorum prius erat xv. Kal. Febr. quo die scripta est epistola. quae enim acta erant in senatu, postero die significat, ut etiam ep. 2. & ad fratrem ep. 2. lib. 2. POPVL Romani nomine, populi Romani caussam tueri, tribunorum pl. erat. sed eo saepe nomine abutentes, rogationes iniquissimas, malevolentiae, & inuidiae causa, ferebant. LATROCINIO, quod per insidias, ut latrones, facto populi Romani nomine, rem, ladebant. Sic in ep. 2. ad Q. Fr. Quid futurum sit latrocino tribunorum, non diuinio. SALVIS. AVSPICIIS, ne iterentur eadem, uide quae diximus ep. 2. EGO. NEQVE. DE. MEO. STUDIO, modesta commemoratione studij sui. nam & dissimulat, & narrat. significandis autem aliorum iniurijs, ex comparatione auget officium suum. PROFUNDAM, translatione ab aquis. ep. 5. lib. v. Quae ego si non profundere, ac perdere uidebor. ASSECVTVS, Assequi merita, est aquare, & paribus meritis remunerari. translatione a uiatoribus, uel a currentibus, cum assequuntur eos, qui antebant. ep. 4. ad Torquatum: Benevolentiam tuam imitabor, merita non assequar. SINE. SYMMODOLORE, artificiose: nam & benevolentiam suam declarat, & consolatur etiam societate doloris. lib. iv. ep. 4. 5. A. VI. PRAESTARE nihil possum: si ius erit, certi nihil promitto. Alibi, Praestare, est, re ipsa efficere; hic, certum polliceri, proflus futurum affirmare, atque in se recipere. ep. 3. 1. lib. XII. ad Att. Praestabo, nec Bibulum, nec Acidinum, quos Athenis futuros audio, maiores sumptus facturos, quam quod ex eis recipietur. Timebat, ne Caninius rogationem aliquam pro Pompeio contra Lentulum per uim ferret. ep. 2. & ad Q. Fr. ep. 2. IMBECILLITATE, cum aduersus uim fortitudi requiratur. POPVL Romani, quem in Lentulum optime animatum esse, iam ostendit ijs uerbis: Haec tanco opinio est populi Romani. AMPLITUDINEM tuam, latius patet Amplitudo, quam aut Dignitas, aut Auctoritas. nam & quantumcumque, & quacumque re ualemus, totum id Amplitudinis nomine comprehenditur. interdum tamen, ut in epistola sequenti, cum dignitatis mentione coniungitur; non ut aliiquid addatur: sed ut id nominetur, quod in amplitudine praecipuum est. Definitur his uerbis lib. 2. de Inuentione. Amplitudo, est potentiae, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.

Argumentum ep. 5.

Mista est ex negotiis, moralibusq. sententis: sed si causa, cur scripta sit, animaduertatur; negotialis est. interdum autem negotij narrationem antecedit, saepe sequitur officij significatio: quod in his ad Lentulum epistolis perspicuum est. Scribit de C. Catonis legis promulgata, de statu regiae causae, de suo, Selicij q. consilio.

Cicero S. D. Lentulo.

5.

TAM ET SI nihil mihi fuit optatus, quam ut pri-
mum abs te ipso, deinde a ceteris omnibus quam
gratissimus erga esse cognosceret: tamen afficiar summo
dolore eiusmodi tempora post tuam profactionem conse-
cuta esse, ut & meam, & ceterorum erga te fidem, et be-
nevolentiam absens experire. Te autem ut dñe, &
sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego
in mea salute sum expertus, ex tuis litteris intellexi.
Nos cum maxime consilio, studio, labore, gratia de cau-
sa regia niteremur; subito exorta est nefaria Catonis
promulgatio, quae nostra studia impedit, & animos a
minore cura ad summum timorem transduceat. sed tam
enim in eiusmodi rerum perturbatione quamquam omnia
sunt metuenda, nihil magis, quam per fidem, timemus;
& Catoni quidem, quoquo modo se res habet, profecto
resistimus. De Alexandriare, causaq. regia tantum
habeo polliceri, me tibi absenti, cuiusq. praesentibus cumu-
late satis facturum. sed ne ero, ne ait eripiatur nobis, aut
deseratur: quorum utrum minus uelut, non facile pos-
sum existimare. sed si res cogit, est quiddam tertium, quod
neque Selicio, nec mihi displicebat: ut neque iacere regem
pateremur, nec, nobis repugnantibus, ad eum deferri, ad
quem prope iam delatum esse existimatur. a nobis agen-
tur omnia diligenter: ut neque, si quid obtineri poterit,
non contendamus; nec, si quid non obtinserimus, repulsi
esse uideantur. Tuae sapientiae, magnitudinisq. animi
est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in uirtute,
aque in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate posi-
tam existimare: si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna elar-
gita est, nonnullorum hominum perfidia detraherit, id
maiori illis fraudi, quam tibi, futurum. A me nullum
tempus praetermittitur de tuis rebus et agendi, & cog-
tandi: ut orq. ad omnia Q. Selicio: neque enim prudentio-
rem quemquam ex tuis, neque fide maiorem esse iudico, ne-
que amantiorem tui.

HIC quae agantur, quaeq. actasint, ea te & litteris
multorum, et nuncij cognoscere arbitror: quae au-
tem posita sunt in conjectura, quaeq. mihi uidetur fore;
ea puto tibi a me scribi oportere. Postea quam Pompeius
apud populum ad. Ix. id. Febr. cum pro Milone
dicter, clamore, conuicioq. iactatus est, in senatuq. a Ca-
tone aspergi, & acerbe, nimium magno silentio, est accusa-
tus; uisus est mihi uebenter esse perturbatus. itaque
Alexandrina causa, quae nobis adhuc integra est, (nihil
enim tibi detrahit senatus, nisi id, quod per eandem reli-
gionem dari alteri non potest) uidetur ab illa plane esse
deposita. nunc id speramus, idq. molimur: ut, cum rex in-
tellegat se, id quod cogitabat, ut a Pompeio reducatur,
assequi non posse, et, nisi per te sit restitutus, desertum se,
atque abiectum fore, proficiatur ad te, quod sine ulla di-
bitatione si Pompeius paulum modo ostenderit sibi pla-
cere, faciet, sed nostri hominis tarditatem, & taciturnitatem
nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat, praeter
matrim. ceteris iniurijs, quae propositae sunt a Catone,
facile, ut spero, resistemus. amissum ex consularibus ne-
minem tibi esse uideo, praeter Horrensum, & Luculum.
ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non diffi-
cillanter irati. tu fac animo forti, magnoq. sis, speresq. fore,
ut, fracto impetu lenissimi hominis, tuam prislynam di-
gitatem, & gloriam consequare. Vale.

EXPLANATIO

AFPLICIOR, SVM MO dolore, non enim tam actor officio meo, quam angor incommodo re-
rum tuarum. IN. TVA dignitate, de qua agitur in regia causa. IN MEA salute, cum ab
amicis proditus in exsulium abiit. NOS. CVM E MORALI parte, quam breuitas decet, absoluta, negotiale
agreditur. EX ORTATE EST, practer expectationem: quia Cato, & Caninius negauerant se ullam le-
gen ante comitiam esse laturos. CATONIS, quem Lentulus acerbissimum habuit ab initio tribunatus,
turbulentum adolescentem, ut ait Fenestella, & audacem, nec imparatum ad dicendum. Cicero autem
ep. 2. lib. 1. ad fratrem: Cato adolescent, nullius consilij, sed tamen ciuis, & Cato, uix uiuus effugit. PRO-
MULGATOR, ut Lentulus & Cilicia reuocaretur. ep. 3. lib. 1. ad fratrem: Cato legem promulgavit de
imperio Lentulo abrogando, uestitum filius mutauit. Promulgari leges solitae sunt per triunas mudiinas ante-
quani fercentur, ut possit eas per otium, qui uellet, examinare; ne repente, quo die lex ferretur, de inco-
gnita re suffragium populus ferret, de quo diximus in libro de Legibus. AMINORE cura ad summum
timorem, multo enim leuius est, curare, ut aliquid accedat ad dignitatem, quod ex regia causa speraba-
tur; quam timere, ne tota dignitas amittatur, quod ex lege Catonis impendebat. PERFDIAM, si enim

enim in officio manserint amici, qui suam nobis operam ad impediendas tribunorum pl. rogationes polliciti sunt, nihil timemus. Ep. 2. Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo, aut saluis auspicijs, aut saluis legibus, aut denique sine iis, possit. Idem ep. 4. Quid o-
Q.V.A. M. 9. D. 9. difficult enim loco res est. PRO FECTO } coniunguntur, Quidem profecto, Quidem certe, cum id, quod cupimus, imminuitur; ut ego te ista molestia si non liberabo, leuabo quidem certe. & hic ex promulgata legi nihil magis, quam per fidiam, timemus: Catoni quidem interim, quamquam inclinatae, profecto restitutus; enitum enim, quantum in nobis est, ne lex a Catone promulgata perficeretur. DE ALEXANDRINA, recaussa regia } in quo Res, & Caussa differant, satis ostendimus ep. 1. infra quoque coniunguntur, ep. 7. In hac ratione quid res, quid caussa, quid tempus ferat, tu facillime, optimeq; perspicies. ERIPIATVR } ut Pompeius regem reducat. sequitur enim paullo post: Ad cuem propositum delatum esse existimatur. ERIPIATVR caussa regia } ante aliquot annos, Caussa regia, su-
strialis, uagabunda. DESERATVR: ne quis omnino regem reducat: quod & Serullio placebat, ut ep. 1. & pastore secretum est, senatu, ut ep. 7. QUID DAM tertium, quid hoc sit, plane non exponit; sed ui-
deretur significare, si Lentulus regem non reducat, neque sibi, neque Selicio displicere, ut a quo quis alio po-
tius quam a Pompeio, reducatur. Minus autem est, non displicere, quam placere: non enim omnino pla-
ceret, quod non displiceret, placebat Ciceroni, ut Lentulus regem reduceret; id si obtineri non posset, a quo
vis alio potius, quam a Pompeio, reduci non displicebat. LACERE } a nemine restitui. Ne caussa re-
gia deferatur, proxime dixit; infra coniungit utrumque uerbum, Delectum se, atque abiectum fore. N o-
n obstante repugnabilius, & primum pugnabilius, ut ad te deferatur: si id non poterit, ne deferatur ad Pompei-
us, & pugnabilius. DELATVS } ex Volcatij sententia, studio maxime duorum tribunorum. Li-
pi, & Canuissi, ep. 1. 2. RAPVLSI } pertinet ad illud tertium, quod sibi non displicere dixit, rege enim ad
Pompeium electo, Lentulus repullam tulisse uideretur; si, utroque recte, alia quatiam ratione reducere
tur, in etiam existimationis sua. Lentulus in eo nullam faceret. TVAE. SAPIENTIAE } hoc co spe-
ciatur, ne Lentulus ad modum speret de rege reducendo. Est autem ea gravior consolatio, quae cum laude con-
iungitur: itaque dat ei sapientiam & fortitudinem; quarum altera iudicat, quā quidque faciendum sit; altera,
quidquid accidat aduersi, facile fert, atque cōtemnit, propterea, cū Nigidium quoque consolareetur, admonet
eum utriusque uirtutis. Quid sit, inquit, forti, & sapienti homine dignum, tu, uidebis. Eandem Lentulo tribuit
animi magnitudinem ep. 7. cum ait, Magnitudinem animi tui, quā ego semper sum admiratus, semperq; amauis,
ne umquam in festas cuiusquam iniuria. Et ep. 9. Noui animum tuum, cum magnum, ex excelsum, tum etiam
caperum, & simplicem. Et in lib. de claris orat. Tantus in Lentulo splendor animi, & tanta magnitudo,
ut libi omnia, quae clarae rerum uirorum essent, non dubitaret adsciscere, eaq; omnia dignitate obtineret. V-
trumque simil nominavit, ep. x. lib. vi. Est tuae sapientiae, magnitudinisq; animi, quid amiseris, obliuisci;
quid recipiet aures, cogitare. AMPLITUDEM, & dignitatem tuam } modo alteram pro altera ponit, ut
ep. 4. Tu & senatus, & populi Romani summo studio amplitudinem tuam retentur. Modo coniungit
autemque, quaslibet differant, ut hie, & ep. 9. in extremo. Ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, liberalita-
tem, pertibet. Videtur autem dignitas amplitudinis esse pars: ideo, qui amplitudinem uel solam nomi-
nat, dignitatem bonorum excludit. BEATVS } in consilatu, cum me contra legem Clodianam, patriae com-
patem fessisti, ep. 7. Magna est memoria consilatus tui, & ep. 9. Illius actionis amplitudinem, & gloriam. Vel
Rebus gestis, quas in propria geres, ut haec adhortatio potius, quam laudatio sit; quod ijs uerbis confir-
matur ep. 7. Hoc ipso projecto uides, quanto expressiora, quantoq; illustriora futura sint, cum aliquantum
lex prouincia, atque ex imperio laudis accelererit. GRAVITATE } est enim leuitatis, ea curare, quae non
ueram, solidamq; laudem, sed fructam, inanenq; pariant, tacite, quidquid eueniat in regia caussa, non esse. Len-
tulus uerbique laborandum significat. POSITAM existimare; } non in reductione regis. FORTUNA }
non enim, quae habes a te ipso, uirtutem, & grauitatem tibi quifquam detrahet: cetera si amiseris, non tibi,
sed ijs, quorum amittentur culpa, uitio dabitur. Videtur in fortunac bonis numerare speciem quandam
dignitatis, non a uirtute, & grauitate, sed ab honoribus, qui deferuntur, id est a populari sensu profectam.
Vide quae diximus ep. 3. lib. 2. ELARGITA. EST, } copia significatur: quo Lentulus aequiore animo
ferat, si, quibus rebus abundant, de ijs aliquid detrahatur. FRAUDI, } culpae, ad Att. ep. ult. lib. v. Fit
gratia Bruti S. C. ut neue Salaminis, ne die qui eis dedisset, fraudi esset. Pro Murena: Id erit eius ui-
trico fraudi, ac criminis? NULLVM tempus praetermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi: }
ubicumque res postulat, & ago de te, & cogito. simile illud ad Cassium ep. 1. lib. xii. Finem nullum facio
de te cogitandi. PRUDENTIOREM } nominat, quae tuta maxime requirantur in amico, consilium,
fidem, benevolentiam. HIC. QVAE agantur } disiungendum a superioribus: ut sit alia epistola:
quod ex ipso cognoscitur argumento. dixit enim in superiore, prope delatum esse regem ad Pompeium: in
hoc, Alexander cansem ab eo depositam, significat, praeterea, cur de Catone eadem iterentur? cur ita
concludat epistolam: Tu fac animo forti, magnoque sis: cum euna iam ad animi magnitudinem cohorta-
tus in eo loco sit? Tuae sapientiae, magnitudinisq; animi est? Et omnino cum tota res alta uidetur: tum
agnoscitur epistola principium in his uerbis: Hic quae agantur, quaeq; acta sunt, ea te. &c. QVAE.
AUTEM polita sunt in conjectura, } quae conjectura licet assequi: quac possunt e signis diuinari. Conie-
cta, & diuinatio, non idem sunt, nam conjectura dicitur e signis, diuinatio saepe signa non sequitur. Ita sit,
ut omnis conjectura diuinatio sit, non contra. QVAE. Q. mihi uidentur fore } transit a generali sententia
ad particularem, nam generale illud est, Quae posita sunt in conjectura: particolare hoc, Quae mihi uiden-
tut fore. Ad illos antea hoc anno P. Clodius Milonem de uia ad populum accusauit, ep. 3. lib. 2. ad fratrem, &
in ora-

In oratione pro Sextio. **A P V D** **p o p u l u m** } populus de reis iudicabat, accusante tribuno pl. aut aedili. **C O N V I C T O** ; cum enim Clodius de loco superiore ut ait Plutarchus, interrogaret suos in concione stantes, quis esset, qui plebem fame necaret? respondebant operae, Pompeius: quis Alexandriam ire cuperet? Pompeius. Ad conuicium impetus accessit: nam in oratione pro Milone, Reo, inquit, Milone ad populum, accusante P. Clodio, cum in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus esset, quae tunc non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? Ep. 3. lib. 2. ad fratrem: Hora fere nona, quasi signo dato, Clodiani nostri consputare coeperunt. exarsit dolor. purgere illi, ut loco nos mouerent. **I A C T A T U S E S T**, } exigitus, uehementer perculsus. **C A T O N E** } C. Catone tribuno pl. de quo supra. **V E H E M E N T E R . E S S E . P E R T V R B A T U S**, } non tam, quod aspere, & acerce accusatus esset a Catone; quam, quod senatorum omnium magno silentio, hac de re sic ep. 3. lib. 11. Ad Q. Fr. Eo die Cato est uehementer in Pompeium inuenitus, & eum oratione perpetua, tamquam reum, accusauit. de me multa, me inuito, cum mea summa laude dixit; cum illius in me perfidiam increpareret. auditus est magno silentio maleuolorum. Prudentiam Ciceronis licet in hoc animaduertere, quod, ad Lentulum cum scribit, se laudatum a Catone, non dicit; ne animum eius offenditer. non enim aequo animo Lentulus ferre posset. ab eo laudatum esse Ciceronem in senatu, qui rogationem de imperio sibi abrogando promulgauerat, in ea uero ad fratrem epistola, libere, ut res erat, ita scribit: quamquam addit, Me inuito: ne uideretur eius hominis oratione delectari, qui suam laudem Pompeij cum infamia coniungeret. Alienatum a Pompeo senatum Plutarchus ostendit, quia Ciceronem superiore anno, a Clodio tribuno pl. oppugnatum, deseruerat: propterea, cum C. Cato perfidiam eius in Ciceronem increpareret, magno omnium silentio auditus est. **N I H I L** enim tibi detraxit senatus, } dederat tibi, ut regem reduceres: id postea non detraxit, sed exercitum: quem non tam tibi, quam omnino omnibus ademptum existimare debes. Duo S. C. facta esse iam dixi, unum ipso Lentulo consule referente, ut rex a Lentulo reduceretur; alterum referente Marcellino consule, ne cum exercitu reduceretur. **P E R . E A N D E M . R E L I G I O N E M**, } per quam tibi detraxit exercitum. itaque nihil tibi proprie est ademptum, sed quod habere prorsus nemo potest. **I D , Q V O D . C O G I T A B A T**, } faciliorem enim sibi redditum duce Pompeio, quam quouis alio, pro summa eius apud omnes gentes auctoritate, rerumq. gestarum gloria, sperare poterat. **P R O F I C I S G A T V R . A D . T E**, } per suos creditores, & per eos, quorum sibi uoluntatem largitione adiunxit, agat, operamq. det, ut abs te educatur. **N O S T I** hominis tarditatem, & taciturnitatem, } simulationem Pompeij, & consuetudinem in occultaria uoluntate, modeste describit, non enim uideri uult eius ingenium, & mores carpere, quem optime de se meritum negare non poterat. praeterea fungitur officio boni uiri, cum inter amicissimos suos, Lentulum, & Pompeium, quantum in ipso est, amicitiam conservat, itaque, cum ad Q. fr. scriberet, liberis suum sensum aperuit. Pompeius, inquit, noster in amicitia P. Lentuli uituperatur. Naturam eius ostendit ep. ult. lib. 111. ad eundem: Velit, nolit, scire difficile est. Et ad Att. ep. 10. lib. 4. Nos hic cum Pompeio fuimus. multa mecum de rep. sane sibi displicens ut loquebatur: sic est enim in hoc homine dicendum. Co elius autem ep. 1. lib. 11x. Solet aliud sentire, & loqui. Eiusdem tarditatem idem ostendit ep. 4. Cum, ex Gallia, coactus esset dicere Pompeius, se legionem obducturum, sed non statim sub mentionem, & conuicium obtrectatorum. **A . C A T O N E**, } de cuius rogatione promulgata supra dixit. **F A C I L E**, } uel auspicijs, uel intercessione tribunicia. ep. 2. & 4. **N E M I N E M**, } idem scribit in ep. 7. **O B S C U R I V S**, } iniurias corum apparat, sed paullo obscurius. **I N I Q U I T A**, } leuius est, quam inimici. **F R A C T O . I M P E R T V**, } rogatione eius impedita. **L E V I S S I M I**, } qui facile ad omnem improbitatem feratur. ideo dixit ep. 2. lib. 1. ad fratrem: Cato adolescens, nulus consilij. Et Fenestella: Cato adolescens, turbulentus, & audax. **P R I S T I N A M**, } quac fuit ante promulgatam Catonis rogationem; propterea subiunxit, Consequare, ut amissam ex aliqua parte, & in discribem adiectam.

Argumentum ep. 6.

MOralis tota, excepta prima sententia, quae negotialis est. Consolacionem Cicero adhibet doloris suo, eam scilicet, quam sperat in Lentuli quoque dolore posse aliquid proficere. Et quia ualeat ad consolandum amoris significatio; & amoris indicium dolor est: orditur a dolore suo. quia uero consolationis duae quasi uiae sunt, ratio, & exemplum, non modo ut fieri debere, quod suademus, uerum etiam ut factum esse ostendatur: utraque uia progeries. argumentatur enim aspe, quam in consiliis amicorum, & in ipsa die ponit: exemplum uero sumit a similitudine suorum temporum.

Tertius

Tertius hortationis locus est: quod ipsum ad minuendum dolorem pertinet: est enim cum laude coniuncta cohortatio. delectamur autem laudibus, & quodam modo languentes excitamur. Conclusio est, quae spe quadam animum recreat, omnium studiorum, officiorumq. promissio.

Cicero S. D. Lentulo. 6.

QUAE gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotijs non interfuit solum, sed praefuit. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod ualde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas et consilijs tuorum amicorum, et ipsa die, qua debilitantur cogitationes & inimicorum, & proditorum. Facile secundo loco me consolatur recor-datio meorum temporum: quorum imaginem uideo in re-

bus tuis. nam, et si minore in re uiolatur tua dignitas, quam mea salus afflita sit: tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quae ne tu quidem umquam timenda duxisti. sed praesta te eum, qui mihi a teneris, ut Graeci dicunt, unguiculis es cognitus. illus trabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. a me omnia summa in te studia, officiaq. exspecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

E X P L A N A T I O

POllione, duarum gentium, quod meminerim, cognomen fuit, Asiniae, & Vediae. **S E D . P R A B**
F V I T. auget sententiam, ut in oratione in Pisone: Omnibus consilijs, quae ad me opprimendum parabantur, non interfuerit solum, uerum etiam crudelissime praefuerit. Particula autem, Sed, interdum negat, ac tollit quod dictum est, ut non diues, sed inops, interdum auget ut hic; nam qui praefest, etiam interest. Vt usus latinae linguae postulabat, Sed etiam: uerum unica particula, Sed, pro Sed etiam, non numquam Cicero contentus est. **M E . I N . S V M M O** dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, Contrarium illud ep. 8. lib. xvi. In magna consolatione ingens ineft sollicitudo. De hac figura diximus ep. 9. In molestia gaudeo. **S C I L I C E T :** alibi per ironiam negat, ut in oratione pro Rabirio, perduellionis reo: Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Gracco fratri. Et Terentius: Id populus curat scilicet. Et Virgilius: Scilicet is superis labor est. Hic affirmat, non negat, ut ep. 21. lib. ix. Priuatas cauſas, & eas tenues, agimus subtilius; capit is, aut famae, scilicet ornatus. Ep. 15. lib. xv. Ex interitu reip. nullam spem scilicet mihi proponebam, ex reliquis magnam. Ep. ult. lib. i. ad fratrem: Si leuare potes communem casum misericordia hominum; scilicet incredibile quiddam assequeris. Ep. 10. ad Att. lib. xiiii. Hoc nullam ad partem ualet scilicet. **I N F R I N G A T V R** ubi difficultas est, ibi usurpatur hoc uerbum; quo maior infringenti uirtus appareat. ep. 4. Sententiam Bibuli fregeramus. Ep. 5. Speresq. fore, ut fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem, & gloriam consequare. Ep. 4. lib. iv. Fregit hoc meum consilium & Caesaris magnitudo animi, & senatus officium. Ep. 6. Cum frangerem iam ipse me, cogeremq. illa ferre toleranter; habebam, quo confugarem. **D E B I L I T A N**
T V R quia tempus omnia minuit. **P R O D I T O R V M** de quibus dixit ep. 1. Si esset in ijs fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. **S E C V N D O . L O C O** pro, deinde. sic locutus Phil. i. ix. Huius industriam, maxime quidem uellem, ut imitarentur ij, quos oportebat; secundo loco, ne alterius labori inuidenter. Secundo, simpliciter in oratione pro Plancio: Evidem primum, ut honore dignus essem, maxime semper laborauit; secundo, ut existimarer. **I M A G I N E M** quam expressit ep. 5. his uerbis: Te autem uidere, & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis litteris intellexi. Et ep. 7. Simillimamq. in re dissimili tui temporis nunc, & nostri quondam, fuisse rationem. Ibidem infra: In te, homine omnium nobilissimo, simillima inuidorum uitia perspexi. **V I O L A T V R . T V A . D I G N I T A S**, in explanando Cicerone nihil duco fieri a me posse elegantius, aut etiam utilius, quam si conferam similia similibus: uel ut illustrentur obscurae sententiae: uel ut copia paretur. Hic quid Cicero sibi uelit, obscurum non est: hoc ipsum tamen quod intelligimus, ex comparatione quodam modo fiet apertus. offendit, & salutem pluris esse, quam dignitatem; &, affligi, grauius, quam uiolari. dixit idem alijs uerbis, nec minus ornate, ep. sequenti: Multum inter est, utrum laus imminuatur, an salus deseratur. Nec dissimile admodum illud. ep. 5. Te uidere, & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis litteris intellexi. **S I M I**
L I T V D O, ob amicorum infidelitatem. **S I . E A . N O N** timuerim, quae ne tu quidem umquam timenda duxisti. promulgat Catonis rogatione de abrogando tibi Ciliciae imperio, non timui: quia nec tu, me patria pulso, timueras; cum sperares futurum, id quod euenit, ut ea mihi calamitas etiam honori esset: quae me spes aequa nunc in rebus tuis consolatur. **P R A E S T A** te eum, fac ut te tui similem agnoscamus: fortē animū habeas, quem semper habuisti. Significat id, quod in ep. sequenti: Magnitudinem animi tui ne umquam inflectas cuiusquam iniuria. **A . T E N E R I S**, ut Graeci dicunt, unguiculis a pueritia: dixit enim in epistola sequenti: Vt omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatuſ fuisti, omni cura, atque industria consequare. saepē hoc Cicero legerat in Graecis libris: nos egemus exemplis. Plutarchus

ταρχυς τamen εν τῷ περὶ παιδῶν ἀγωγῆς, & ἔπειλον, inquit, (sic enim est in antiquo libro nobilissimi, & eruditissimi iuuenis Io. Vincentij Pinelli) οὐκων ἀγαπῶσι τέκνα. **I L L U S T R A B I T;** eluet enim virtus in aduersis. **S T U D I A . O F F I C I A Q.** recte coniunguntur. potest enim & sine officio studium, & sine studio officium esse: cum animi studium sit, officium opera probedetur; & studium sine officio parum profit, officium sine studio langueat, sic ep. sequenti: De consularibus nemini possum aut studij erga te, aut officij esse testis. Ep. 5. lib. v. Homo omnium meorum in te studiorum, & officiorum maxime conscient. Ad Att. ep. 14. lib. xv. Ex omnibus, mi Dolabella, studijs in me, & officijs, quac summa sunt, hos scito mihi & amplissimum uideri, & gratissimum esse. **N O N . F A L L A M . O P I N I O N E M** **T V A M,** simile illud, quod, augendae copiae gratia, subiungam, ep. 10. lib. xii. Omnia uolo a me & postules, & expsectes. uincam cogitationes tuas officijs meis. Et apud Nonium, in fragmento Ciceronis epistolae ad Caesarem iuniorem: Posthac, quod uoles a me fieri, scribito. uincam opinionem tuam. Quae scilicet eo pertinent, ut ostendatur, morale quiddam esse, & decere in primis, epistolas claudere significatio ne benevolentiae.

Argumentum ep. 7.

Respondet ad ea, quae Lentulus quaesierat. &, quamquam moralia quaedam admiscentur: tamen, qui a reductio regis praecipua scribendi causa fuit, (id enim spectandum est) inter negotiales epistolas referatur. Dividitur in partes octo. Prima est, de suo in primis erga Lentulum amore: altera, de amicorum fide: tertia, de Alexandrina causa: quarta, de suis in rep. capessenda consilijs, & hominum consularium inuidia: quinta, cohortatio ad gloriam, atque constantiam: sexta, de reip. statu: septima, de Tulliae filiae suae, Crassipedisq. nuptijs: octava, & ultima, de Lentuliflio. Pompeio, & Crasso iterum cos.

Cicero. S. D. Lentulo procos. 7.

Legi tuas litteras; quibus ad me scribis, gratum tibi esse, quod crebro certior per me fias de omnibus rebus, & meam erga te benevolentiam facile perspicias. quorum alterum mibi, ut te plurimum diligam, facere necesse est; si uolo is esse, quem tu me esse uoluisti; alterum facio libenter; ut quoniam inter uallos locorum, & temporum disjuncti sumus, per litteras tecum quam saepissime colloquar. quod si rarius fiet, quam tu exspectabis; id erit causa, quod non eius generis meae litterae sunt, ut eas audeam temere committere. quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non praetermittam. Quod scire uis, qua quisque in te fide sit, & uoluntate difficile dictu est de singulis. unum illud audeo, quod antea tibi saep significavi, nunc quoque, re perspecta, & cognita, scribere: uehementer quosdam homines, & eos maxime, qui te & maxime debuerunt, & plurimum iure potuerunt, inuidisse dignitati tuae; simillimamq. in re dissimili, tui temporis nunc, & nostri quandam, fuisse rationem: ut, quos tu reip. causa laeseras, palam te oppugnarent; quorum auctoritatem, dignitatem, uoluntatemq. defenderas, non tam memores essent uirtutis tuae, quam laudis inimici. Quo quidem tempore, ut perscripsi ad te ante, cognoui Horienium per cupidum tui, studium Lucullum, ex magistratibus autem L. Racilium & fide, & animo singulari. nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuae, propter magnitudinem beneficij tui, fortasse plerisque officij maiorem auctorita-

tem habere uideatur, quam sententiae. praeterea quidem de consularibus nemini possum aut studij erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. etenim Pompeium, qui mecum saepissime, non solum a me prouocatus, sed etiam sua sponte, de te communicare solet, scis temporibus illis non saepe in senatu fuisse. cui quidem litterae tuae, quas proxime miseras, quod facile intellexerim, periucundae fuerunt. mibi quidem humanitas tua, uel summa potius sapientia, non incunda solum, sed etiam admirabilis uisa est. uirum enim excellentem, & tibi tua praestanti in eum liberalitate deuinatum, non nihil suspicantem, propter aliquorum opinionem suac cupiditatis, te ab se alienatum, illa epistola retinuisti. qui mihi cum semper tuae laudi frauere uisus est, etiam ipso suspicioſiſſimo tempore Caniniano: tum uero, lectis tuis litteris, perspectus est a me, toto animo de te, ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare. Quare ea, quae scribam, sic habeto, me, cum illo re saepe communicata, de illius ad te sententia, atque auctoritate scribere: quoniam S. C. nullum exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit; eaque, quae de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam uim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium, esse uideatur; te posse perspicere, qui Ciliciam, Cyprumq. teneas, quid esficere, & quid consequi possis: &, si res facultatem habitura

habitata uideatur, ut Alexandriam, atque Aegyptum tenere possis; esse & tuae, & nostri imperij dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquuo loco rege collocato, te cum classe, atque exercitu proficiunt. Alexandria; ut, cum eam pace praesidijsq. firmaris, Ptolemaeus redeat in regnum: ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum senatus initio censuit; & sine multitudine reducatur, quemadmodum homines religiosi Sylla placere dixerunt. Sed haec sententia sic & illi, et nobis probabatur, ut ex euentu homines de tuo consilio existimatueros uideremus: si cecidisset, ut uolumus, & optamus, omnes te & sapienter, & fortiter; sin aliquid esset offensum, eosdem illos, & cupide, & temere fecisse, dicturos. Quare, quid assequi possis, non tam facile est nobis, quam tibi, cuius prope in conspectu Aegyptus est, iudicare. nos quidem hoc sentimus: si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum; sin dubium, non esse conandum. illud tibi affromo, si rem istam ex sententia gesseris, fore, ut absens a multis; cum redieris, ab omnibus collaudere. offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem, religionemq. video. sed ego te ut ad certam laudem adhortor sic a dimicazione deterreo; redeoq. ad illud, quod initio scripsi, totius factu tui iudicium non tam ex consilio tuo, quam ex euentu homines esse facturos. Quod si haec ratio rei gerendae periculosa tibi uidebitur, placebat illud, ut si rex amicis tuis, qui per prouinciam, atq. imperij tui prouincias ei credidissent, fidem suam praestitisset, & auxilijs eum tuis, & copijs adiuuares: eam esse naturam, & regionem prouinciae tuae, ut illius redditum uel adiuuando confirmares, uel negligendo impedières. In hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat, tu facillime, optimeq. perspicies; quid nobis placuisset, ex me potissimum putauit te scire oportere. Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de leuitate, et imbecillitate Clodij gratularis: minime miramur te tuis, ut egregium artificem, paeclaris operibus laetari. quam quam est incredibilis hominum peruersitas; (grauiori enim uerbo uti non libet) qui nos, quos fauendo in communi causa retainere potuerunt, inuidendo abalienauerunt: quorum malevolentissimis obtrectationibus nos scito de ueter illa nostra diuturnaq. sententia prope iam esse depulso; non nos quidem ut nostrae dignitatis simus obliiti, sed ut habemus rationem aliquando etiam salutis. poterat utrumque paeclare, si esset fides, si grauitas in hominibus consularibus: sed tanta est in plerisque lenitas, ut eos non tam constans in rep. nostra delebet, quam splendor offendat. quod eo liberius ad te scribo, quod tu non solum temporibus ijs, quae per te sum adeptus, sed, iam olim naesci prope nostrae laudi, dignitati, uirtutiq. praefuisti: simul quod video, non, ut antehac putabam, no-

uitati esse uisum meae, in te enim, homine omnium nobilissimo, similia in uidorum uitia perspexi: quem tamen illi esse in principibus facile sint passi; euolare altius certe noluerunt. Gaudio tuam dissimilem fuisse fortunam, multum enim interest, utrum laus immittatur, an salus deseratur. me meae tamen ne nimis paenitere, tua uirtute perfectum est. curasti enim, ut plus additum ad memoriam nominis nostri, quam demptum de fortuna uideretur. Te uero moneo, cum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatuisti, omni cura, atque industria consequare; magnitudinemq. animi tui, quam ego semper sum admiratus, semperq. amavi, ne umquam inflectas cuiusquam iniuria. magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consularis tui. haec profecto uides quanto expressiora, quantoq. illustriora futura sint, cum aliquantum ex prouincia, atque ex imperio laudis accesserit. quamquam te ita gerere uolo, quae per exercitum, atque imperium gerenda sunt; ut haec multo ante meditere, huc te pareres, haec cogites, ad haec te exerceas; sentiasq. id, quod quia semper sperasti, non dubito quin adeptus intelligas, te facillime posse obtainere summum, atque altissimum gradum ciuitatis. Quae quidem mea cohortatio ne tibi inanis, aut sine causa suscepta uideatur; illa me ratio mouit, ut te ex nostris euentis communibus admonendum putarem; ut considerares in omni reliqua tua uita, quibus crederes, quos cauebas. Quod scribis, te uelle scire, qui sit reip. status: summa dissensio est, sed contentio distar. nam qui plus opibus, armis potentia ualent; proficisse tantum mihi uidentur stultitia, & inconstans aduersariorum, ut iam etiam auctoritate plus ualerent. itaque, per paucis aduersariis, omnia, quae ne per populum quidem sine seditione se assequi posse arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. nam & stipendium Caesari decretum est, & decem legati; & ne lege Sempronius succederetur, facile perfectum est. quod ego ad te breuius scribo, quia me status hic reip. non delectat: scribo tamen, ut te admoneam; quod ipse litteris omnibus a pueritia deditus, experiencingo tamen magis, quam discendo, cognoui, tu tuis rebus integris dicas, neque salutis nostrae rationem nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. Quod mihi de filia, et de Craffipe de gratularis: agnoso humanitatem tuam: speroque, et opto, nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. Lentulum nostrum, eximia spe summae uirtutis adolescentem, cum ceteris artibus, quibus studiisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudas. nulla enim erit hac praestantior disciplina. quem nos, & quia tuus, & quia te dignus es filius, & quia nos diligit, semperq. dilexit, in primis amamus, carumq. habemus. Vale.

EXPLANATIO

QVB M tu me esse uoluiisti: } si uolo dignus eo loco esse, in quem me, inimicorum iniuria pulsuum, tua uirtus restituit. TEMPORVM } biennium iam aberat Lentulus. QUOTIES } antiqui & lapides, & libri, in his etiam Mediceus, Quotiens. quod si probamus: eadem ratione dicendum erit, deciens, uiciens, centiens, milliens, & similia, me quidem non libenter asseriente. QV A. QVIS QVE in te fide sit, & uoluntate: } Fide, ad amicos pertinet: uoluntate, ad omnes. uel, de iisdem quaerebat Lentulus, & qua fide, & qua uoluntate essent. nam infra: Et fide, & animo in te singulari. Nisi me fallit aurium iudicium,

dicium, suauior hic est numerus, quam, quod alijs placuit, Qua fide quisque in te sit, & uoluntate. opinio
 ni nostrae cum alij non pauci, tum ille etiam insigni ueritate Mediceus liber suffragatur. MAXIME
 debuerunt, } perfidiam saepe accusat. ep. 1. Si esset in ijs fides, in quibus maxima esse debebat; non labo-
 raremus. Ep. 2. Dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, & iniquitate, retinebimus.
 Ep. 5. Te uidere, & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus,
 ex tuis literis intellexi. PLVRIMVM iuuare potuerunt, } consulares uidetur describere: de quibus in-
 fra: De consularibus, nemini possum aut studij erga te, aut amici animi esse testis. Et ep. 5. Amicum ex
 consularibus neminem esse video, practer Hortensium, & Lucullum. ceteri sunt partim obscurius iniqui,
 partim non dissimulanter irati. INVIDISSE dignitati tuae: } infra: Quem esse in principibus faci-
 le sunt passi, euolare altius certe noluerunt. IN. RE. DISSIMILI, } infra: Multum interest,
 utrum laus imminuatur, an salus deseratur. Et ep. 6. Minore in re uiolatur tua dignitas, quam mea salus
 afflita sit. NOSTRI quondam, } cum ciectus patria sum, tum eorum odio, quos reip. caussa laeseram,
 tum eorum inuidia, quorum auctoritatem, dignitatem, uoluntatemq. defenderam. quod idem tibi, quam
 quam dissimili in re, contigit. EX magistratibus L. Racilius, } loquitur de magistratibus anni superio-
 ris: dixit enim, Quo quidem tempore: & infra, Temporibus illis, idest, Marcellino & Philippo cos. Ra-
 cilius autem eodem anno, quo Lupus, tribunus pl. fuit, ut constat ex ep. 1. lib. 2. ad Q. Fratrem. Lupum
 uero tribunum pl. fuisse Marcellino & Philippo cos. plane cognoscitur ex ep. 1. & 2. non potest igitur hoc
 anno Racilius tribunatum pl. gerere: cum epistola scripta sit Pompeio et Crasso II. cos. post decretum
 Caeſari stipendium, & auctum legatorum numerum: quae facta esse Pompeij & Crassi secundo consulatu,
 Appianus, & Dio docent. Tribunum pl. Plutarchus in Probl. negat magistratum fuisse: idq. multis argu-
 mentis probare conatur. nec dissentire uidetur Liuius: apud quem lib. 2. Appius consul clamitat, priu-
 atum tribunum pl. esse, sine imperio sine magistratu. sed utrumque refellit Cicero & hic & lib. 1. de Orat.
 cum ait: Exierant cum Crasso adolescentes, C. Cotta, qui tum tribunatum pl. petebat, & P. Sulpicius, qui de
 incepit eum magistratum petitus putabatur. In Bruto: Ita tacitus Crassi tribunatus, ut, nisi in eo magis-
 tratu cenuisset apud praetorem Granius, idq. nobis narrauisset Lucilius, tribunum pl. nesciremus fuisse.
 In oratione pro Quinctio: Per magistratum, qui auxilij causa constitutus est. Sallustius in Iugurtha: L.
 Lucilius, & L. Annus, tribuni pl. resistentibus collegis continuare magistratum nitebantur. Apud No-
 nium Fenestella: Ut magistratum inierunt tribuni pl. C. Cato Ptolemaeo regi, & Lentulo consuli assiduis
 concionibus inuidiam concitare coepit. Asconius quoque: Inuocare tribus Gabinius coepit, ut Trebellio
 magistratum abrogaret. Mirari etiam aliquis fortasse possit, cur tribunis pl. purpuram adimat Plutarchus;
 cum in oratione pro Cluentio legitur haec de tribuno pl. Quinctio: Facite, ut non solum mores eius, &
 arrogantiam, sed etiam uultum, atque amictum, & illam usque ad talos demissam purpuram recordemini.
 Sed cogitare licet, uel de sua tantum aetate locutum esse Plutarchum, in qua tribuni pl. imminuta iam po-
 testate, purpurea non uerentur; uel Ciceronem in Quinctio notasse, quod ille sibi, neglecta consuetudine,
 per singularem arrogantiā assumpsicerat. Nam, quod ait Plutarchus, licet oribus non usum esse tribunum
 pl. ideoq. constare, magistratum non fuisse: refellit exemplo censorum, qui licetores non habebant, & ta-
 men non modo magistratus censura fuit, uerum etiam, quod negare arbitror neminem, inter maiores ma-
 gistratus. ET. FIDE, & animo in te singulari, } multi enim fauenter, ut fidem praestent: animus tam
 singularis non est. Respondet ad illud, Qua quisque in te fide sit, & uoluntate. OFFICII maiorem
 auctoritatem habere uideatur, quam sententiae, } fauere me tibi, fortasse homines arbitrantur, non quod ita
 sentiam, sed quod beneficio tuo uincetus, ingratus esse non possim. id aperte significat in prima: Nos in
 causa auctoritatem eo minorem habemus, quod ille debemus. VIDEATVR: uideri possit. AVT
 studij erga te, aut officij, aut amici animi, } ostendi iam, inter officium, & studium quid interfit. minus au-
 tem est, Amici animi, quam studij: cum in aliquem amico esse animo possimus, nec tamen ei studere, aut
 eius causa laborare. itaque hoc significat: in consularibus non modo studium erga te, aut officium, sed ne
 amicum quidem animum perspexi. Et ut hic, amicus animus, minus, quam amor, significat: sic, non ami-
 cus animus, minus quam odium, ualet: ut ep. 3. lib. 2. ad fratrem: Crassus aderat tum, Miloni animo
 non amico; pro, leuiter infensus. POMPÉI V.M., } consulatum hoc anno cum Crasso gerentem: quod
 infra patet. NON solum a me prouocatus, } tribus modis legitur in antiquis libris: Non solum a me
 prouocatus: recte: Non solum me prouocante: & hoc recte: Non solum me prouocatus: ut in Mediceo,
 & alijs: mendose. SVA. SPONTE, } libenter Pompeium purgat: ueretur enim, ne qua Lentulo de
 eius cupiditate suspicio haeserit. ep. 1. In senatu palam sic egit cauſam tuam, ut neque, &c. Ep. 2. Ipsum
 cum audio, prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. NON saepe in senatu fuisse, } quod esset
 cum imperio, curationi frumentariae praepositis. ingredi enim urbem, quod iam dixisse me arbitror,
 non licet ijs, qui cum imperio essent. TEMPORIBVS illis, } cum ageretur in senatu de Ptole-
 maeo reducendo, Marcellino & Philippo cos. scripta enim est haec epistola Pompeio & Crasso cos.
 NON saepe, } interdum enim, qui erant cum imperio, petebant a senatu, ut ingredi urbem liceret.
 itaque Pompeius, quod ep. 1. declarat, egit Lentuli cauſam in senatu: &, ut laudaret P. Sextium reum,
 introiſſe quin in urbem, legitur in ep. 9. quod alijs quoque probatur exemplis. QVOD facile intel-
 lexerim, } nota erat Lentulo Pompeij taciturnitas, & simulatio: unde illud ep. 5. Nostri hominis tarditatem,
 & taciturnitatem. propterea Cicero, ne dubiam sequi coniecturam uideatur, hoc addit: Quod facile in-
 tellexerim: quasi dicat: nec enim suae uoluntatis, ut solet, obscura signa dedit. infra: Perspectus est a me,
 toto animo de te, ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare. SAPIENTIA, } quia retinendam
 uiri

niri excellētis amicitiam sapientissime iudicaueris. **VISA E S T.** proprie, admirabilis uisa est: fortasse non item, iucunda uisa est. nec tamen, iucunda, alio referri potest. sed interdum inscribendo, ea, quae longius distant, ad proxima uerba accommodamus. **L I B E R A L I T A T E** significatur quod in ep. 1. scriptum est: Cum summa testificatione tuorum in se officiorum. & in eadem infra: Quod cum ornasti. Liberalis autem in Pompeium Lentulus fuerat, cum de frumentaria curatione ad eum deferenda & egerat consul, & obtinuerat. **O P I N I O N E M** suae cupiditatis, ortam ex eo, quod eius familiares omnes de re Alexandrina ei mandanda uehementer contendenter. ep. 1. & 2. **T B . A B . S E** ab alienatum, moneo lectorem, in nullo ueteri libro sic legi, sed aut abesse, Te, aut esse, Tuæ, non Te, ut in Mediceo: quod mendi suspicionem auget. praeterea, pro, Ab se, antiqui omnes libri, ij quidem, quibus ego nunc utor, habent, Abs te. quod cruditorum iudicio perpendendum relinquam: tantum feci, ut ueterem scripturam fideliter ostenderem: quod officij mei ratio postulare uidebatur. **E P I S T O L A** cum dicatur, Epistolium, & Stola, Graece autem ἐπιστολή, cur non dicam, Epistola, potius quam, Epistula? ueteres quidem libri uarie: & Mediceus non minus saepe, Epistola, quam, Epistula. **R E T I N V I S T I.** iam tibit ual liberalitate deuinctum, illa epistola retinuisti. Pergit in translatione: quia dixerat, Tibi deuinctum. **S V S P I C I O S I S S I M O** quo suspicio maxima fuit, Caninium tribunum pl. inductum a Pompeo, rogationem ferre uoluisse, ut Ptolemaeus ab eo, cum duobus tantum lictoribus, reduceretur: quod a Plutarcho litteris proditum legimus. Et hanc rogationem Cicero significat ep. 5. lib. 2. ad Q. fr. Quod de Pompeio Caninius agit, sene quam refixit, neque enim res probatur: et Pompeius noster in amicitia P. Lentuli uituperatur. Puer affui, cum hunc locum Egnatius publice interpretaretur, probabat, Catoniano, potius, quam Caniniano, adductus in hanc opinionem ex his uerbis ep. 5. Exorta est nefaria Catonis promulgatio, sed inde nulla potuit in Pompeium, quasi cum Catone sentientis, exsistere suspicio: cum Cato ipsi Pompeo, aequa ac Lentulo, fuerit infensus. itaque in eadem epist. Pompeius a Catone asper & acerbe est accusatus. & ad Q. Fr. ep. 3. lib. 2. **P E R S P E C T V S** est a me} confirmat illud, Quod facile intellexerim; ut omnem prorsus de Pompeo suspicionem tollat. **S E N T E N T I A**, atque auctoritate} & id sentit, quod scribam; & ut efficias, auctor est. **A D E M P T A** SIT} quaetibi data est eo S. C. quod, te consule referente, factum est. **A V C T O R I T A S**,} quae sit senatus auctoritas, ostendimus ep. 2. **I N T E R C E S S V M** a tribunis pl. ex quo fieri non potuit S. C. sed remansit senatus auctoritas. **N B . Q V I S** omnino regem reduceret,} quod Seruilius Isauricus anno superiore censuerat. ep. 1. **T A N T A M** uim habet,} uerbum, Tantam, minuit hic potius, quam auget: ut in ep. 8. lib. ix. Aut non erit iste bellum, aut tantum erit, ut uos, aut successores, paucis additis copijs, sufficiere possint. Et ep. 14. lib. xv. Si tanta sunt onera tuorum, ut ea suffincere possis. **T U S C . 2.** Vrgentibus asperis & odiosis doloribus, si tanti non sint, ut ferendi sint, quo sit confugendum, uides. Pro lege Manilia: Ceterarum prouinciarum uectigalia tanta sunt, ut his uel ipsas prouincias tutandas uix cōtentī esse possumus. Apud Caesarem lib. vi. Praelidij tantum est, ut ne murus quidem cingi possit. lib. iii. bel. ci. Tantum natiuum reperit, ut anguste quindecim milia legionariorum militum transportare possent. **I R A T O R V M H O M I N V M** ob regiam largitionem. ep. 1. **S T U D I V M**, recte, de iratis hominibus Studium; de constanti senatu Consilium, dixit. impellimur enim studio, consilio regimur. **Q V I . C I L I C I A M**, Cilicia Lentuli prouincia uocabatur, cum tamen simul Asiae partem administraret. argumento est illud in ep. 9. De Quinti Fratris negotio scribis, te priore aestate, quod, morbo impeditus, in Ciliciam non transieris, confiscare non potuisse. Partem autem illam Asiae Lycaonium, Pamphyliam, Phrygiam fuisse crediderim, sed Phrygiae partem, non uniuersam. ad Appium ep. 3. lib. iii. Haec in eo grauitas, haec animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legis fecisti, sed ne summorum quidem hominum maleuolis de me sermonibus crederet. Cicero autem, qut, post Lentuli successorem Appium, Ciliciae praefuit, maiorem utroque prouinciam habuit. nam tres praeterea dioeceses Asiaticas sibi attributas esse, ait ep. 63. lib. xiii. **C Y P R V M Q** post legem Clodiam, Pisone & Gabinio cos. latam, Cyprus insula a Lentulo simul cum Cilicia est administrata. & quia Cyprus & Cilicia Aegypto propinquae sunt, ideo longe melius, quam Cicero, & Pompeius, qui Romae erant, perspicere Lentulus poterat, quid efficere, & quid confici posset. **S I . R E S** facultatem habitura uideatur, si res posse perfici, & exitum habere uideatur. **T E N E R E** obtinere, potiri, ut ep. 1. Teneri enim res alter non potest. infra idem alijs uerbis: Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri. **P T O L E M A I D E**, opido Alexandriae propinquuo. Mediceus liber, & alij fere omnes, Ptolomaide, & infra Ptolomaeus: quod non probauit. nam & Graeci in secunda syllaba, non o ponunt: & ita Ptolomaeus a τρωλεψῳ deducitur, ut Timaeus a τριψῃ, quod ostendit lib. 2. Priscianus. **A L I Q Y O** recte: quamquam nonnulli ueteres libri habent, Alio: quod inde natum est, quia scriptum uidebant, Alico: sic enim & Mediceus liber habet. **A T Q V E . E X E R C I T V** non ut Ptolomaeum cum exercitu reducas, sed ut, eo Ptolomaeo, aut aliquo propinquuo loco collocato, ipse cum exercitu Alexandriam prefectus, regem cum Alexandrinis in gratiam restitus. ita nihil commiseris neque contra S. C. neque contra religionem: non enim regem cum multitudine reduces. **P A C E**, te auctorefacta inter Ptolomaeum, & Alexandrinos. **P R A E S I D I L I S Q** ut Alexandrini, praefidij metu, a te relieti, pacem seruent. **F I R M A R I S**, noua confilia suscipiant. leues enim, & infidi Alexandrinorum animi, ut potest qui bis iam Ptolomeum cicerant. **R E D E A T** in regnum: non a te reducatur, ne contra senatus uoluntatem committas, sed, Alexandria prius a te pace, praefidijsq. firmata, ipse redeat. **I N I T I O** censuit, facto S. C. te ipso consule referente. ep. 1. **H O M I N E S** religiosi} potest de quindecimi viris, id est de

sacerdotibus Sibyllinos libros custodientibus , hoc dicere ; qui a C. Catone tribuno pl.ad populum producti , oraculum exposuerant : potest etiam de ipso Catone , qui eos produxit : cum ironia certe , Homines religiosi , dictum est : quasi de religione minimum laborarent , sed honesto nomine malevolentiam , inuidiamq. suam obtenderent . unde illud ep. 4. At tuis inuidis , atque obrecta toribus , nomen inductum fictae religionis . Et ep. 1. Senatus religionis calumniam , non religione , sed malevolentia , & illius regiae largitionis inuidia , comprobat . **S I B Y L L A E** placere } quod cum senatus aut credidisset , aut se credere simulasset , decreuit , ne quis regem cum multitudine reduceret . **E X . E V E N T U** } eadem sententia in oratione pro Postumo . Hoc , inquit , plerunque facimus , ut consilia euentis ponderemus ; & , cui bene quid processerit , multum illum prouidisse ; cui secus , nihil sensisse dicamus . **V e t e r e s libri mei** , Ex euentu : Mediceus , Ex euento . utroque modo recte . infra : Ut te ex nostris euentis communibus admonendum putarem . In Partitionibus : Si cuiusque facti , & euenti causa ponetur . **D E . T R Y O** consilio } regis reducendi . **E X I S T I M A T Y R O S** } nota uerbi significatio : sed interdum accipiatur pro iudicare , ut hic : nam infra subiungitur : Redeo ad illud , quod initio scripsi , totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo , quam ex euento homines esse facturos . In Bruto : Quorum existant orationes , ex quibus existimari de ingenij oratorum potest . **S I . C E C I D I S S E T** , ut uolumus ; infra idem alijs uerbis : Si rem istam ex sententia gesseris . translatum uidetur a talis , modo ut uolumus , modo contra quam uolumus , cadentibus : ut uolumus , cum iactus unus tali sententia efficit ; uel , cum quatuor talorum iactus , diuersa cuiusque facie , Venerem facit : contra quam uolumus , cum unus talus in iactu canem facit , aut cum quatuor numquam Venerem ferunt , simili facie duorum , aut trium , aut omnium talorum : nam , ut dixi , omnibus dissimilem faciem ostendentibus , felicissimus est iactus , quae uocatur Venus . **S I N . A L I Q U I D** libri veteres , etiam Mediceus , Si , pro Sin: unus , Si quid : quod placet . **E S S E T offensum** ; si difficultatem res habuisset , & Alexandrinis regem recusantibus , uentum esset ad arma . **C U P I D E** , & temere } antitheta sunt , ad illa , Spicenter , & Fortiter . Cupide , quasi reductionem regis , ambitione adductus , nimium appetisset ; temere , quasi rei difficultatem parum considerasset . **Q V I D affequi poss is** , possis ne rem confidere ex animi sententia . **P R O P E** in conspectu } non enim Cilia longe admodum distat ab Aegypto . **S I . E X P L O R A T U M** tibi sit , posse te illius regni potiri , } quod paullo ante dixi . Si res facultatem habitura uidetur , ut Alexandriam , atque Aegyptum tenere possis . Potiri autem non est hic , armis expugnare : sequitur enim infra : Ego te ut ad certam laudem adhortor , sic a dimitione deterreo : sed est , obtainere , ut Alexandrini se tibi committant , uoluntatiq. tuae , in recipiendo rege , obtemperent . **S I N . D V B I V M** , } & hic veteres libri , simul cum Mediceo , Si dubium . **O F F E N S I O N E M** ; si Alexandrini dimicare malint , quam tibi se committere , regem reducere cupienti proxime : Sin aliquid esset offensum . **A V C T O R I T A T E M** ; senatus . decreuerat enim , ne quis omnino regem reduceret . **R E L I G I O N E M** ; quia uetabat Sibylla , regem cum multitudine restitu . **C E R T A M** } si exploratum habes , posse te illius regni potiri . **L A V D E M** ; omnes enim te ex euento laudabunt . **P E R I C U L O S A** tibi uidebitur ; uisa est . non enim consilium illud Ciceronis , & Pompeij secutus est Lentulus . **Q V I . P E R** prouinciam , atque imperij tui prouincias ei credidissent ; } Per prouinciam Ciliciam , cuius proconsul uocabatur , & reliquas eius imperij partes , nam praeter Ciliciam , aliquot eius imperio dioeceses Asiaticae parcabant , ut Lycania , Pamphylia , Phrygia maioris pars ultra Macandrum . Cicero tres amplius habuit cum eandem prouinciam regeret : ut ipse scripsit ad Seruilium ep. 67. lib. xiiii . Credidissent , pro , pecunias ei mutuas dedissent . magnam enim pecuniae uim Ptolemaeus , a quibus potuerat , mutuatus erat ; ut multorum deinde animos largitione ad suam caussam adiungeret . **F I D E M** suam praestitisset ; non opinor hoc dici : pecuniam persoluisse : non enim soluendo rex erat , prius quam in regnum reduceretur : sed , cauisset de fide sua : effecisset aliquo modo , ut eius fides in dubiu illis uenire non posset . ep. 2. Ut fidē fratri mei praefarē . Ep. xi. lib. v. Quamcumque ei fidem dederis , praefabo . De Diuī . lib. 2. Spectare uetat fortuna uirtus , dū praefetur fides . **A D I V V A R E S** ; non , ut ipse cum clasē , atque exercitu Alexandriā profiscaris , ut cam pace , praefidijsq. firmes : quae ratio rei gerendae periculosa uideri potest : sed ut ipsum Ptolemaicum , in regnum redeuitem , & auxilijs tuis , copijs Adiuues . Est autem Auxiliari , afflito atque egenti subuenire ; & in aduersa tantum fortuna locum habet : Adiuuare autem de secundis etiam rebus usurpatur : nec aliud est , quam , simul agere , ut aliquid ad exitum perducatur . quod *ovre yēv* Graecis est . **N A T U R A M** , & regionem } Naturam , quod multis rebus prouincia tua redditum regis uel confirmare possit , uel impediare : Regionem , situm , quia non longe distat ab Aegypto . paullo ante : Cui prope in conspectus Aegyptus est , sic autem coniungit hic regionem , & naturam , ut in Rullum , &c in Verrem , Situm , & Naturam . **Q V I D . R E S** , quid caussa , } Res caussam continet : totum enim Alexandrinum negotium significat : caussa uero partem negotij , quae ad Lentulum , regemq. pertinet : id est , ut Lentulus ipse regem reducat . hoc satis probatum est ep. 1. **T E M P V S** } quo saepe consilia recte mutantur : non enim licet nobis futura prospicere . **F A C I L L I M E** ; cui prope in conspectu Aegyptus est . **O P T I M E** non enim errare te tua prudentia patietur . **D E . N O S T R O** statu } quod pristina fruar & dignitate , & gratia . **M I L O N I S** } qui tribunus pl. cum Lentulo consule Ciceronem restituerat , Clodij acerrimus iniuricus . **L E V I T A T E** } cum aliquid quotidie contra leges , & bonos uiros conetur . **I M B E C I L L I T A T E** } quia , quod conatur , efficere non poscit . aduersabuntur autem nefarijs eius conatus Cicero in primis , & Milo , ille consilio , hic etiam manu . **A R T I F I C E M** ; opus enim tuum est , quod ego meum statum recuperauerim , quod Milone familiariter utar , quod ita Clodijires afflictæ fint , ut , in summa nocendi uoluntate , nocere tamen nihil poscit . **Q V A M Q V A M** } excusatio , quod se in tuenda republica ad Pompeij

ad Pompeij maxime uoluntatem conformet, temporibus admonitus, & quorundam inuidia, qui tamen cum in reditu iuuerant, compulsi. erant enim factores in rep. duae: in una Caesar, Pompeius, Crassus, de sua potentia labores; a quibus dissentire, periculofum Cicero uidebat: in altera optimates: qui licet de rep. optime sentire, Ciceroni tamen, nouo homini, tantam gloriam, ac dignitatem adepto, inuidabant, atque etiam obtrectabant. quos in ep. 9. significat his uerbis: Certorum hominum sermones rescrebantur ad me: qui, cum illa sentirent in rep. quae ego agebam, semperq. sensissent; me tamen non satisfacere Pompeio, Caesaremq. mihi inimicissimum futurum, gaudere se aiebant. Notat autem maxime Bibulum, Catonem, Domitium Ahenobarbum, Marcellinum, Caesari, Pompeioq. infensos. PERVERSITAS; minus est, quam improbitas. est enim quasi declinatio quaedam a recta consilij uia. IN COMMUNI CAUSSA; in eo, quod ad omnes pertinet, in rep. tuenda. INVENDENDO; de quo sic ep. 3. lib. IV. ad Att. Qui nos absentes defenderunt, incipiunt praesentibus occulte irasci, aperte intidere. Et ep. IV. ibidem. Necessitatem mili polui imponere huius nouae coniunctionis; ne qua mihi liceat labi ad eos, qui etiam tum, cum misereri mei debent, non desinunt intidere. OBRECTATIONIBVS; quaerit excusationem sui facti. nam quia Caesarem cooperat ornare; quod optimates non probabant, quibus nimia paucorum potentia merito suspecta erat: non se sua sponte a pristina sententia discessisse, sed quorundam malevolentissimis obrectationibus depulsum esse demonstrat. Ornamenta autem, quae Cicero in Caesarem contulerat, ut ex oratione de prouincijs cognoscitur, haec sunt, supplicatio quindecim dierum, stipendum exercitus, decem legati. quae Cicero sua sententia decreuit. SENTENTIA; cum in defendenda rep. dignitati potius meae, quam saluti, consulebam: ex quo potentium animos offendi. PROPE; non omnino: quia dignitatis adhuc rationem habeo. DEPVLSOS; quasi per uim, ab inuidis, atque obrectatoribus. ALIQVANDO; sero quidem, (potentium enim conspiratione in exsulium pulsus, nimis magna mercede didici, salutis quoque rationem esse habendam) aliquando tamen. CONSULARIBVS; quos saepe carpit lib. IV. ep. ad Att. SPLENDOR; uitae species, ac dignitas. ep. 9. Hic meae uitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem, & speciem huius uitae intuentur, sollicitudinem autem, & laborem perspicere non possunt. TEMPORIBVS. IIS; quae, in patram restitutus, secunda sum adeptus: infra: Res aduersas, uocat tempora. NASCENTI. PROPE; a prima pacne adolescentia. PRAEFVSTI; hoc uerbum abest ab omnibus antiquis libris: in Mediceo additum est recenti manu, deleto alio uerbo: quod suspicor fuisse, Virtutiq. nam in omnibus meis ita scriptum video: Laudi, dignitati, uirtutiq. mendoſus igitur locus: cum omnino uerbum aliquod sententia desideret. NOVITATI; Arpini enim natus, Romae summos honores, uictis in petitione nobilissimis uiris, eloquentia, probitate, industria consecutus est. Nouitati nobilitas opponitur: ideo subiungit: In te enim, homine omnium nobilissimo. Et ep. 18. lib. v. Adeptus es, quod non multi homines noui; amisiſti, quod plurimi homines nobilissimi. Et in Verr. Nae ista praeclera nobilitas definit queri, populum Romanum hominibus nouis, atque industrijs libenter honores mandare. HOMINE omnium nobilissimo; non quia Lentulus Cornelia gente patricia (fuit enim & Cornelia plebeia) natus esset, uerum quod eius maiores honoribus, & meritis in remp. praefuerint. non enim, nobilis, & plebeius, sed nobilis, & homo nouus, opponuntur. neque Lentuli, Scipiones, Caesares, ideo nobiles, quia patricij, sed quia claris maioribus orti. eademq. de cauſa quamquain plebeij generis, nobiles tamen Antonij, Metelli, Marcelli. itaque nobilissimum adolescentem uocat Cicero M. Antonium in oratione pro Milone; L. Marcium Philippum, summa nobilitate hominem, in Bruto; quos plebeij gentibus natos esse, nemo, Romanarū gentium uel mediocriter peritus, ignorat. quo circa nec omnes patricij nobiles, (multorum enim obscuri maiores) nec omnes plebeij ignobiles: cum plebeij multi parentibus, auis, maioribus clarissimis orti sint: non quidem semper, uerum, a quo tempore plebeij etiam gentibus honores communicari coepiſtunt. Eademq. ratione nec senatores omnes nobiles, nec qui senatorēs non esſent, omnes ignobiles. siquidem nobilitas ita definitur, claritas nominis a parentibus, auis, maioribus accepta: quae nec patricij omnibus, nec senatoribus contigit, multis autem contigit non patricij, & multis nondum senatorium ordinem adeptis. propterea Plinius lib. XXXIII. cap. 1. Anulos depositos a nobilitate, non a senatu uniuerso, in annales relatum ait. Quibus uerbis, quis non intelligit, diuersa esse, nobilitatem, & senatum uniuersum? quia scilicet non senatus uniuersus e senatoribus nobilibus constaret. Quod autem saepe nobilitatis nomen pro senatu, in urbanarum turbarum mentione Litiū usurpauerit, in eo maiorem senatus partem, parentibus, aut maioribus insignem, pro toto senatu accepit. Nobilitas tamen interdum accipitur non pro nobilibus uiris, id est claro genere ortis, uerum pro ea fama, quae sequitur uirtutem: ut in oratione pro Archia: Philosophi in eo ipso, in quo praedicationem, nobilitatemq. despiciunt, praedicari de se, ac nominari uolunt. Ad hanc significationem spectat illa definitio Ciceronis in epistola ad Hirtium: Nobilitas nihil aliud est, quam cognita uirtus. Ex qua definitione, Cicero etiam ipse, nulla maiorum claritate, nobilis tamen est: habet enim uirtutem, qua famam consequitur. Atque hanc solidam, & ueram esse nobilitatem, illam uero, quae a maioribus accipitur, & generis potius, quam hominis est, inanem & falsam, indicat ep. 7. lib. 111. his uerbis: Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paullo diligentius (ut, quid sit εὐγένεια, quid sit nobilitas, intelligas) Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis. Ex illa autem priore definitione, cum nouus homo sit, nobilis esse non potest: posteris tamen suis fons, & origo nobilitatis est, adeptus illos magistratus, unde nobilitas nascitur. PERSPEXI; simile illud ep. 9. Vidi ego quosdam in te tales, quales tu cosdem in me uidere potuisti. NOLVERVNT; in eo maxime, quod obſtiterunt, ne regem reduceres: id quod, te consule referente, senatus decreuerat.

VTRVM



V T R V M . T A V S . I M M I N V A T V R , } tantum enim de tua dignitate agitur , mea uero salus afflita est. Ep. 6. Minore in re uiolatur tua dignitas , quam mea salus afflita sit. Ep. 9. In molestia gaudeo , candem fidem te cognoscere hominum , non ita magna mercede , quam ego maximo dolore cognoram . **A N S A L V S d e s e r a t u r ,** } in uerbo , Deseratur , inest significatio perfidiae : de qua sic ep. 9. Ut iam sit in ijs culpa , qui me non defendunt ; non minor est in ijs , qui reliquerunt . **M E A E }** meae fortunae , quod ei-
 etus sim . **C V R A S T I ,** } cum ita me honorifice restituendum curasti , ut maior esset in reditu gloria , quam calamitas in discessu . **D E , F O R T V N A }** recte , De fortuna : tantum enim illa , quae fortunae bo-
 na dicuntur , non simul uirtutem , optimamq. mentem eripere potuerant inimici . ex quo illa praeclara in
 Clodium Parad. 4. Nisi forte , cum parietes disturbabas , aut cum tectis sceleratas faces inferebas , meorum
 aliquid ruere , aut deflagrare arbitrabare . Nihil neque meum est , neque cuiusquam , quod auferri , quod eri-
 pi , quod amitti potest . Si mihi eripuisses diuinam animi mei constantiam , meas curas , uigilias , consilia ,
 quibus res publica iniuncta stat : si huius aeterni beneficij immortalem memoriam deleuisses : multo etiam
 magis , si illam inuentem , unde haec consilia manarunt , mihi eripuisses : tum ego accepisse me confiterer iniuriam : sed , si haec nec fecisti , nec facere potuisti : redditum mihi gloriosum tua dedit iniuria , non exitum ca-
 lamitosum . **T E , V E R O , M O N E O ,** } quia recte sentientes , aduersa fortuna perturbati , consilia quan-
 doque mutant ; ideo , cum iniuriam Lentulo illatam , exposuit , cohortationem subiungit , ueritus ne desciscat
 Lentulus a pristina causa , studiumq. defendendae rep. deponat , hinc illud ep. 5. Tuae sapientiae , magni-
 tudinisq. animi est , omnem amplitudinem , & dignitatem tuam in uitute , atque in rebus gestis tuis , atque
 in tua grauitate positam existimare . Hic testatum esse uolo , in uno tantum antiquo libro legi Moneo , in
 ceteris omnibus , etiam in Mediceo , Emoneo . quod uerbum quamquam usu parum cognitum est , omitten-
 dum tamen , consensu tanto ueterum exemplariorum , non putaui . **O M N I** cura , atque industria } studio ,
 atque opera . **S E M P E R** sum admiratus , semperq. amavi , } quod & summa esset , & utilis rep. **I N F L E-**
C T A S , } inflexible tamen Cicero ipse paullulum uidetur . dixit enim : Nos scito de ueteri illa nostra , diu-
 turnaq. sententia prope iam esse depulsos . Quamquam se non abieciisse curam rep. significat sequentibus
 uerbis : Non nos quidem , ut nostrae dignitatis simus obliiti . Et in extrema fere epistola Lentulu inhorta-
 tur , ut ipse quoque ita rationem habeat dignitatis , ne salutis obliuiscatur . Quare , Ne umquam inflectas ,
 interpretemur , ne umquam ita mutes , ut , rep. causa penitus neglecta , cum improbiste , singularem poten-
 tiā cogitantibus , coniungas . **M A G N A }** in hoc ornamento , quod sit codem uerbo ter usurpata amplificationis gratia , discedere epistola uidetur ab humilitate quotidiani sermonis , & ad similitudinem orationis accedere . **H O M I N V M o p i n i o ,** } cui non respondere turpe est . **L I B E R A L I T A T I S ,** } quod
 officia libenter in omnes conferas : ut supra : Tua praestanti in eum liberalitate tibi deuinctum . Vel ad a-
 dilitatem respexit , in qua Lentulus summam liberalitatem ostenderat : quam Cicero effert laudibus lib. 1. Off.
C O N S U L A T V S t u i , } quo me ab exilio , spreta Clodia rogatione , reuocasti . **E X P R E S S I O R A ,**
 atque illustriora , } expresa patent oculis , quia eminent : illustria multo etiam magis , quia splendorem ha-
 bent . **E X I M P E R I O ,** } hoc addit , quia multis imperium , quod uel augenda , uel tuendae rep. causa
 dabatur , & ipsi , & rep. dedecori , damnoq. fuit . **Q V A M Q V A M ,** } & hic tacite monet , ut de Prole-
 ma cum exercitu reducendo diligenter consideret . **Q V O D q u i a s e m p e r s p e r a s t i ,** } sperasti fore , ut
 adipisceris gradum cinitatis altissimum : quem quando adeptus es , non dubito , quin intelligas , eum te
 facillime tueri , & conseruare posse . certe enim facilius nunc est , id retinere , quod adeptus es , quam fuit
 olim adipisci , quod sperabas . **F A C I L L I M E ,** } cum adeptus iam sis , quod facillimum non fuit .
O B T I N E R E , } tueri , & conseruare : dixit enim , Adeptus . Optimere , quidam scribunt : quorum op-
 nioni suffragatur hic Mediceus liber , conuersa B in P ut etiā ep. 5. lib. 2. Opescrare , optestariq. **S V M M V M ,**
 atque altissimum } exornatio quadam est , πλεονασμός a Graecis appellata , cum iterantur uerba , idem
 significantia . quo genere abundat Cicero , idque notat Quintilianus lib. ix . **Q V A E q u i d e m m e a c o h o r-**
t a t i o , } respicere oportet ad superiora ; ut intelligamus , duas res ea cohortatione contineri , primum , ut
 elaboret Lentulus in gloria consequenda ; deinde , ne cuiusquam iniuria debilitatus , a praestantibus curis
 ad humiles cogitationes animum deicijat . **E x n o s t r i s e u e n t i s c o m m u n i b u s ,** } idem enim contigit utrique
 nostrum , ut eandem hominum perfidiam & iniquitatem experiremur . itaque putaui te admonendum , ne
 cuiquam posthac facile crederes , ne ue in alijs , sed in te ipso , & in cura , industriaq. tua spem omnem collo-
 cares augendae dignitatis tuae . omnem , inquam , gloria ab omni cura , omnij. industria tua uelim ex-
 spectes , minime pendens ab eorum officijs , in quos tua non vulgaria merita exstiterunt . id quod ego meis
 temporibus didici : quorum imaginem uideo in rebus tuis . **Q V I B V S c r e d e r e s ,** } morale praeceptum ,
 ut ex malo eliciatur bonum : cognita enim perfidia , non esse credendum , monet . **Q V I p l u s o p i b u s ,**
 armis , potentia ualent , } Caesar , qui Galliam cum exercitu administrabat ; Pompeius , & Crassus , cum
 Caesare sentientes , qui consulatum gerebant . **P R O F E C I S S E** tantum mihi uidentur } facie mihi non
 placet Mediceus liber , ut hic : habet enim , Perfecisse tamen : & supra Sententiasq. pro , Sentiasq. **S T V L-**
T I T I A , } stulti enim , qui a senatu & ordinem equestrem , & Pompeium ab alienauerint . ep. 8. **I N C O N-**
ST A N T I A , } quod in gratiam redierint cum P. Cladio , quem oderant antea . ex quo Cicero ipse alienatus ab
 optimatum causa , & stipendum Caesari , & decem legatos , & quacumque potuit , Caesari ornamenta de-
 creuit : ut in oratione de prouincijs . Designat autem Catonem , Bibulum , Domitium Ahenobarbum , &
 uniuersam eorum factionem , ita infensam Caesari , ut propterea cum Cladio , qui Caesari potentiam oppu-
 gnare cooperat , in gratiam redierint . ita , dum Clodium ad suas partes adiungunt propter Caesarem , Cicero-
 nem a publica causa propter Clodium renouerunt . **A D V E R S A R I Q R V M ,** } optimatum , **A V C T O-**
R I T A T E S ,

RITATE } in senatu : cum antea gratia ualuerint apud populum. PER PAVCIS } Catone, Bibu-
lo, Domitio, qui semper contra paucorum opes pro rep. pugnarunt. Plutarchus, Dio, & alij. NE . PER
populum quidem } quem sibi Caesar adiunxerat, diuiso pauperibus campo Stellate, & Campano. SI-
N E seditione } non enim populus uniuersus id Caesari tribuisset, quod senatus, qui ab eo fuerat alienior,
largitus est. SE A S S E Q V I posse arbitrabantur, } uerbum, Posse, nec in meis antiquis libris est, nec
in Mediceo : itaque suspicor additum ex ingenio : cum sine eo tamen sententia consitiat. CONSECVTI
SVNT. } & quidem ipso decernente Cicerone. quod hic dissimulat, ueritus fortasse, ne Lentulum offen-
dat, aut ne fainam subeat inconstantiae ; cum optimatum caussam aduersus paucorum opes antea defen-
disset. oratio de prouincijs. STIPENDIVM } & stipendium, & legatorum numerum, & supplica-
tiones senatus decernebat sine populi suffragio. quae Cicero significat in ep. 9. cum ait, singularibus, & no-
nisi honoribus, ac iudiciis senatus ornatum esse Caesarem. idq. exponit aperte in oratione de prouincijs,
his uerbis : Relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus : non decreui solum, sed etiam, ut nos decerne-
retis, laborauit : multa dissidentibus respondi : scribendo affui. Stipendium autem a senatu impetrare, in
tantis angustijs aerarij, non facillimum fuit. quod ex eadem oratione conieci. dixit enim : In his angu-
stijis aerarij, publicanis tamen subueniatis, necesse est, crudelitatem Gabini paene afflictis iam, atque euer-
sis. Hac de re sic in ea pro Balbo; C. Caesarem senatus & genere supplicationum amplissimo ornauit, &
numero dierum nouo. idem, in angustijs aerarij, uictorem exercitum stipendio affecit : imperatori decem
legatos decretuit : lege Sempronia succedendum non censuit. harum ego sententiarum & princeps, & au-
tor fui. DECIM LEGATI } quorum opera in bello ueteretur, quiq. singulis legionibus, singuli
praeesserent. id quod Caesaris Commentarij testantur. in oratione autem de prouincijs hoc modo : Actum
est de decem legatis : quos alij omnino non dabant : alij exempla quaerebant : alij tempus differebant : alij
sine ullis uerborum ornamentis dabant. in ea quoque re sic sum locutus, ut omnes intelligerent, me id, quod
reip. cauſa sentire, facere uberiori propter ipsius Caesaris dignitatem. Decem autem fuisse Caesaris le-
giones in Gallia post prorogatam ei alterum in quinquennium prouinciam, declarat ipse lib. vii. bel. Gal.
in extenso: Nouem enim assignat nouem legatis : ipse unam secum, Bibracte hie maturus, retinet. Hirtius
etiam lib. iix. Decem legiones nono Gallici imperij anno Caesari fuisse demonstrat, quarum duas Pom-
peio traditas esse, quattuor in Belgio, totidem in Aeduorum regione collocatas. Idem plane confirmat
Suetonius his uerbis : Cum aduerarijs pepigit, ut, dimisis octo legionibus, transalpinaq. Gallia, duac sibi
legiones, & cisalpina prouincia, uel etiam una legio cum Illyrico concederetur. Et Plutarchus in Pompeio
decem Caesaris legiones nominat. Verum, his omnibus legionibus, si Suetonium audimus, non uidetur
a senatu stipendium esse decretum. Perfecit, inquit, ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur. qua
fiducia, ad legiones, quas a rep. acceperat, alias publico, alias priuato sumptu addidit. Plutarchus non di-
stinguit; tantum, prorogatam prouinciam, suppeditatasq. in stipendia militum pecunias, demonstrat.
Sed, ut redeam ad legatos ; numerus a senatu decernebatur ; diligendi, & nominandi potestas aut penes
eum erat, qui prouinciae praecerat ; aut in eo certe senatus gratificari consueuit ijs, quibus legati, reip. ge-
rendae cauſa, legabantur. Decretos a senatu, oratio pro Sextio docet his uerbis : Pro te ipso, Piso, ne-
mo ne uestitum mutauit, ne isti quidem, quos legatos non modo nullo S. C. sed etiam repugnante senatu,
tute tibi legali ? Et in Vatinium : Quis legatos umquam audiuit sine S. C. ante te nemo. post continuo
fecit idem in duobus prodigijs reip. Clodius. Delectos autem, & nominatos ab ijs, quibus imperium pro-
uinciae mandabatur, indicant exempla, quae subiungam de multis pauca : ne satietatem habeat prolixa nar-
ratio. Ep. 14. lib. 2. ad Att. A Caesare inuitor in legationem illam, sibi ut sim legatus. In oratione de pro-
uincijs : Postea me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, uerum etiam rogauit. ep. 14. lib. 1 v. ad Att.
Meſsius defendebatur a nobis, legatione reuocatus : nam eum Caesari legarat App. Ad Thermum autem
scribens, ep. 55. lib. xiij. Legationem ait a se delatam Anneio, cum multis eam potentibus denegasset. Per-
tinet eodem illud de Pompeio scriptum curationi frumentariae praeposito, ep. 1. lib. 1 v. ad Att. Ille, cum
quindicim legatos postularet, me principem nominauit. Officium autem legati, si quis quaerat, quale fue-
rit, discet ex oratione in Vatinium, in qua legatos Cicero uocat, nuncios pacis, ac belli, curatores, interpre-
tes, bellici consilii auctores, ministros munera prouincialis. Quod si, quae fuerit apud Romanos legato-
rum dignitas, libet indagare : multa bella suscepta, multas urbes eorum cauſa deletas esse reperiemus. de
qua sic in oratione pro lege Manilia : Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres uestri, to-
tius Graeciae lumen, extinctum esse uoluerunt : uos eum regem in ultum esse patiemini, qui legatum popu-
li Romani consularem, uinculis, ac uerberibus, atque omni supplicio excruciat necauit ? Quibus uer-
bis etiam illud constat, quod ex Liuio quoque, & alijs intelligitur, multis post consulatum legationis hono-
rem esse delatum. In Verrem autem actione 11. Video, inquit, & ex ijs, quae legi, & audiui, intelligo ; in
qua ciuitate non modo legatus populi Romani circumſeffus, non modo igni, ferro, manu, copijs oppugna-
tus, sed aliqua ex parte uiolatus sit, nisi publice satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici, atque inferri solere.
Quo loco Pedianus ait, ob legatos bellum indictum, illatumq. esse Corinthijs, & Tarcentinijs. LEGA
Sempronia } nec satis patet, quae fuerit Semproniae legis sententia ; &, si ignoretur, locus hic erit ad intelli-
gendum perdifficilis. quare primum de lege, deinde, quac locus requirit, diligenter exponam. C. Grac-
chus, Tiberij frater, in ea lege, quam de prouincijs tulit, tria comprehendit, unum, ut senatus consula-
res prouincias decerneret, id est eas, in quas consules, magistratu functi, forte proficerentur ; alterum,
ut quotannis ; tertium, ut, cum decerneretur, intercedere nemini licet. Prima duo capita ex oratio-
ne pro domo cognoscuntur, in qua sunt haec : Tu prouincias consulares, quas C. Gracchus, qui unus maxi-
mum popu-

me popularis fuit, non modo non abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis per senatum decerni, lege sanxit, eas, lege Sempronia per senatum decretas, rescidiſti, extra ordinem, fine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed reip. pefib⁹. In ea pro Balbo: Senatus in angustijs aerarij uictorem exercitum stipendio affect⁹, imperatori decem legatos decreuit, lege Sempronia succedendum non censuit. Tertium caput in oratione de prouincijs animaduerti, in eo loco: Faciam, inquit, illas praetorias; ut Piso ni, & Gabinio succedatur statim, si hic finat: tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest. Nam id, Nunc non potest, ad legem Semproniam pertinet: qua non licebat intercedi, cum de succeſſione prouinciarum decernetur: quod illa, quae paullo post conſequuntur, uerba demonstrant: Mihi credite, numquā ſuccedetur illis, niſi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouincijs non licebit. Venio nunc ad Ciceronis uerba. Proximo anno agitatum erat in senatu, ut consulares prouincias duea lege Sempronia a senatu decernentur, non eius anni consulibus, qui uidentur prouincias recuſaffe, ſed ijs, qui designati nondum erant, qui poſtea fuere Pompeius, & Crassus, ex interregno creati. Quattuor erant prouinciae, quas obtinebant ijs, qui consulatum gesserant, Galliae duea, uno imperio coniunctae, quibus praerat Caesar; Syria, quam Gabinius, Macedonia, quam Pifo administrabat. De his quattuor, cum duas tantum lege Sempronia decerni oportet, uariae ſententiae dicebantur. erant, qui utramque Caſari Galliam eriperent, & a ſequenti anni consulibus, ubi consulatum peregiſſent, administrari uellent. alijs neque utramque Galliam, neque Syriam cum Macedonia, ſed uel Syriam, uel Macedonia cum altera Gallia decernebat. Rurſus erant duea ſententiae, utraque Pifoni Macedoniam relinquent, utraque Gabinius Syriam auferens, ſed altera ulteriore Galliam, altera citeriore cum Syria coniungens. Contra omnes Cicero ſenſit, dixit enim ſententiam, ut Caesar utramque Galliam uſque ad exitum quinquennij, lege Vatinia datum, obtineret; Gabinius, & Pifo decederent. Harum ſententiarum nulla ualuit: nec eo anno consulares prouinciae lege Sempronia decretæ. id ex eo liquet, quod in utraque Gallia Caesar permansit, in Macedonia autem praetorius iuit, non consularis, Q. Ancharius, qui statim Pifoni ſuccedit: Gabinius in Syria mansit, opinor quod ei, qui praetorias Macedonia, & Syriam faciebat, de Macedonia permifſum, de Syria uel negatum a ſenatu, uel interceſſum a tribuno pl. Atque haec duabus ex orationibus, de prouincijs consularibus, & in Pifonem, fere omnia colliguntur: quae putauimus explicanda, ut intelligatur, cum prouinciacis consulares anno ſuperiore, ideſt Marcellino & Philippo cos. ab ſenatu decretæ non eſſent, hoc ſaltem anno, Pompeio & Crasso consulatum gerentibus, decerni debuiſſe: quod tamen ne fieret, facile perfectum eſt, confuſum uidelicet opera, qui Caſaris cauſam tuebantur, cum Pompeius ei gener eſſet, Crassi uero filij cum Caſare, Marcus eius quaſtor, Publius legatus in Gallia militarent. quod ſi de consularibus prouincijs lege Sempronia decernendis actum eſſet; timendum erat consulibus, ne in eam ſententiam plures irent, quae Caſari Gallias adimeret. itaque cupiebant, idq. facile conſecuti ſunt, ne consulares prouincias obtinentibus ſuccederetur. Oritur quaſtio, ſi consulares prouinciae lege Sempronia decretæ non ſunt, quo modo Pompeius Hispanias, Crassus Syriam, utramque consularem accepit? Non S. C. ſed lege tribunicia, quam tulit C. Trebonius, ut ijs prouincijs quinquennium uterque praeſeffet. nam, ſi a ſenatu lege Sempronia prouincias accepifſent; annua tantum prouinciarum fuifſet administratio. quam ob cauſam, & ſimil quia uerebantur, ne Galliae ſibi a Caſaris aduersarijs decernentur, petere prouincias, omiſſa lege Sempronia, a populo maluerunt, Caſaris exemplum ſecuti, qui & ipſe Galliam citeriorem inuitu ſenatu, lege Vatinia in quinquennium accepit. Reſtat illud, quod historiae ordo poſtulat, ut oſtendamus, haec tria, de ſtipendio Caſari decreto, de decem legatis, de prorogata prouincia, q̄amquam a Cicerone continentis narratione demonſtrentur, temporibus tamen diſtingui. non enim facta codem anno ſunt omnia: ſed ſtipendium cum decem legatis decretum Marcellino & Philippo cos. quod indicat oratio de prouincijs, habita, ut ait Asconius, ijs consulibus. in ea enim oratione de decem legatis mentio fit, de prorogata prouincia uerbum nullum. prorogata autem ſequenti anno, Pompeio & Crasso cos. Suetonius, Velleius, Plutarchus, Appianus, Dio, Cicerone ipſe ep. 3. lib. IIx. ad Att. declarat. Q u o d . e c o ad te brevius ſcribo, } ſic libri mei, ſic Mēdiceus: & recte. mutare tamē non nullis placuit, & pro, Ego, reponere, Eo. N O N . D E L E C T A T: } pluribus enim uerbis, quae nos delectant, perfequimur. L I T E R I S o m i b u s: } iure ciuili, philosophiac, historiac, poeticae etiam facultati: quae ad oratoriam laudem cum pertineant, culta ſunt a Cicerone diligenter: quod ipſe ſuis in libris, & Plutarchus in eius uita teſtatum reliquit. T V . T V I S R E B V S integris, diſcas, } me docuit calamitas: tu in re tua, non ita magna mercede, potes diſcre. N E Q U E ſalutis noſtræ: } ut remp. quidem, ſed ſimul cum ea noſmet ipios diligamus. D E . F I L I A, } & de Crasspede } Ciceronis filia Tullia ter nupsit, contra quam Pedianus & Plutarchus uidentur exiſtimasse, L. Calpurnio Pifoni Frugi, Furio Crassipedi, cuius numquam praenomen inueni, P. Cornelio Dolabellae. Pifo periit exſulante Cicerone: Crassipedis interitus mentio nulla; ut dimiſſam ab eo putem: Dolabella diuortium fecit: nec multo poſt ex partu decessit. quae colliguntur omnia ex hiſ, & ad Atticum, & ad Q. Fratrem epiftolis. S P E R O Q. & opto, nobis hanc coniunctionem uoluptati fore. } Fore, ad uerbum, Spero, non ad, Opto, respicit. nam, opto eſſe, dicitur, non, opto fore. quo factum eſt, ut nonnulli, de mendo uifcipati, legendum putauerint, Optoq. & ſpero, ignari ſcilect Ciceronianæ conſuetudinis: cuius exempla poſſum afferre multa, ſed uno contentus ero: quo ſatis probabitur, non eius, quod prope adeſt, ſed quod longius diſtat, non minis habitam eſſe rationem. prima uerbalib. I. de leg. haec ſunt. Lucus ille, & haec Arpinatum quercus agnoscitur ſaepe a me lectus in Mario. L E N T V L V M noſtrum, } naturalem huius P. Lentuli filium, adoptiuum autem Manlij Torquati, ut lib. XXXIX. Dio narrat.

Hunc

Hunc ab Octauiano , uictis reip. partibus , occisum , ait Plutarchus , falso gloriatum ; inani studio laudis , se quoque Caesaris necis cum Bruto & Cassio participem fuisse ; quod ipfemet fatetur ep. 14. lib. XII. his verbis : Ego me de rep. ita puto esse meritum , ut non prouinciae istius beneficium exspectare debeam , sed tantum , quantum Casius , & Brutus , non solum illius facti , periculiq. societate , sed etiam huius temporis studio , & uirtute . EXIMIA spe summae uirtutis adolescentem , & eadem sententia , de Curione dixit in Philippica 2. Summa spe adolescentem & animi , & ingenij praeditum . In pueris autem , & adolescentibus laudari solet spes , facta non poslunt . Huc pertinet Seruji locus , ubi explanatur illud Virgilij ex lib. VI. Aen . In tantum spe tollet avos . Rhetorice , ait , spem laudat in puer , quia facta non inuenit . est autem Ciceronis in Dialogo : Caussa difficilis , laudare puerum : non enim res laudanda , sed spes est . S T U D I S T I scientiani litterarum Lentulo tribuere uidetur Cicero in libro de claris oratoribus , cum ait : Quidquid habuit , totum illud habuit e disciplina , instrumenta naturae deerant . IMITATIO N E tuis erudias . & ut in tuam uitam , tamquam in speculum , intuens , tibi studeat esse quam simillimus . uirtutis enim disciplinam meliorem reperiet nullam , quam contemplationem , atque imitationem tui . Quibus uerbis usus est Cicero de filio suo in ep. ad M. Brutum . NVLLA enim erit hac praefrantior disciplina . & legerat accuratissime Cicero Xenophontis libros de Cyro maiore conscriptos . quod ipse in epistola ad Papirium ostendit his uerbis : Κύρου πενταετία , quam contriuera legendo , totam in hoc imperio explicavi . Ex ea lectione haec erant paeclara multa in illius memoria , ut hoc fortasse de maiorum imitatione . nam apud Xenophontem lib. II X. sic Cyrus moriens filios alloquitur : Εἰ μὲν δῶς ἐγώ οὐδὲς ικαρῷς διδάσκων , δίονος χρήσης αὖτε εἴτε μή , καὶ παραπομένων μανθάνεται . ἀντιγράφεται διδάσκεται . QVIA TVVS , & amamus enim amicorum filios , qualescunque sunt , parentum causa . quam sententiam confirmant Trebonij uerba ep. 16. lib. XII. Tibi , inquit , quod uere facere possum , libenter gratulor , nec minus etiam nobis ; quod cum , quem neceſſe erat diligere , qualiscunque effet , talem habemus , ut libenter quoque diligamus . QVIA . TE dignus } uirtuti deditus , ac probitati : ut , etiam si tuus non sit filius , amandus tamen suopte merito uideatur . QVIA . N O S diligit , } nihil enim minus hominis uidetur , quam non respondere in amore ijs , a quibus prouocere . ut est in ep. I. ad M. Brutum .

Argumentum ep. 8.

D E sperata iam reductione regis , queritur de statu rerum communium ; Dut ex eo Lentulus de sua ratione meditetur . itaque negotialem epistolam esse dicemus : quandoquidem ad Alexandrinum negotium tota fere narratio spectat . quiddam tamen quasi consolationis affert , cum ait : Sunt quidem certe in amicorum nostrorum potestate : & cum subiungit infra : Pompeium tibi ualde amicum esse cognoui . Postremo claudit epistolam spe supplicationum , & officij sui mentione : ut Lentuli dolorem , amissa regis restituendi spe , aliqua saltem ex parte leniat .

Cicero S. D. Lentulo procos. 8.

D E omnibus rebus , quae ad te pertinent , quid factum , quid constitutum sit , quid Pompeius suscepit , optime ex Emplatorio cognoscet ; qui non solum interfuit his rebus , sed etiam praefuit , neque ullum officium erga te hominis amantissimi , prudentissimi , diligentissimi praetermisit . ex eodem de toto statu rerum communium cognoscet : quae quales sint , non facile est scribere ; sunt quidem certe in amicorum nostrorum potestate , atque ita , ut nullam mutationem umquam hac hominum aetate habitura res esse uideatur . ego quidem , ut debeo , & ut tute mihi preecepisti , & ut me pietas , utilitasq. cogit , me ad eius rationes adiungo , quem tu in meis rationibus tibi esse adjungendum putasti . sed te non praeterit , quam sit difficile , sensum in rep. praesertim rectum , & confirmatum , deponere . uerum tamen ipse me conformo ad eius uolun-

F sed nec



sed nec mihi in agis, quam omnibus. nam aut assentendum est nulla cum gravitate paucis; aut frustra dissentendum. Haec ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut iam de tua quoque ratione meditare. commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicae: otium nobis exoptandum est, quod iij, qui portuntur rerum, praestaturi uidentur, si quidam homines potentius eorum potentiam ferre potuerint. dignitatem quidem illam consularem fortis, & constantis senatoris, nihil est, quod cogitemus: amissa est culpa eorum, qui a senatu & ordinem coniunctissimum, & hominem clarissimum abalienarunt. Sed, ut ad ea, quae coniunctionia rebus tuis sunt, reuertar: Pompeium tibi ualde amicum esse cognoui; & eo tu consule, quantum ego perspicio, omnia, quae uoles, obtinebis, quibus in rebus me ille sibi affixum habebit: ne-

que a me ulla res, quae ad te pertineat, negligetur. neque enim uerebor, ne sim ei molestus: cui iucundum erit etiam propter id ipsum, quod me esse gratum uidebit. Tu uelim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, quae ad te pertineat, quae mihi non carior sit, quam meae res omnes. idq. cum sentiam; sedulitate mihi met ipsé satisfacere possum; re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Rem te ualde bene gessisse rumor erat. exspectabant litterae tuae: de quibus eramus iā cum Pompeio locuti: quae si erunt allatae, nostrum studium exstabat in conuenientis magistris, & senatoribus. cetera, quae ad te pertinebunt, cum etiam plus contendemus, quam possumus, minus tamen faciemus, quam debemus. Vale.

EXPLANATIO

DE . O M N I B V S . R E B V S , } non de regia tantum causa, sed omnino de omnibus rebus, quae ad te pertinent. **P**O M P E I V S } consul. **S**V S C E P E R I T ; } agendum tua causa. **E**X . E M P L A T O R I O } non agnosco Romanam gentem: & malim, **E**x M. Plaetorio. Plaetorij enim inter gentes Romanas noti; & M. Plaetorius praetor in oratione pro Cluentio nominatur. **P**R A E F V I T , } praecipuum curam, dum agerentur, adhibuit. **N**ON . F A C I L E eſſcribere: } cum tota ratio senatoris, iudiciorum, rei totius publicae commutata sit. **Q**VID E M . C E R T E } ita ueteres loquabantur de re fatis optata, cum eam, quae erat optatior, assequi non licet. res, inquit, communes optime se non habent, sunt tamen in amicorum nostrorum potestate. non habenuis, quod uolumus, ut sit optimus rerum communium status: id quidem certe habemus, quod secundo loco optandum erat, ut in amicorum nostrorum potestate sint. Ep. 9. Consiliario me fortasse non imperitissimo, fidi quidem, & beneuolo certe usus essem. Quo loco separatim posuit, elegantiae causa, quidem, & certe: quemadmodum, ep. 5. Catori quidem, quoquo modo se res habet, profecto refiximus. **A**M I C O R V M } Pompeij & Caesaris: addo etiam Crassum; cum quo, rogatus a Pompeio, & Caesare, a Publio praeterea, ipius Crassi filio, redierat in gratiam. ep. sequenti, & ep. 8. lib. v. & apud Plutarchum in Crasso. **N**U L L A M mutatio nem, } uere: numquam enim postea resp. ualuit. **H**A B I T U R A res esse uideatur. } hic est ille numerus, quem in Cicerone obrectatores eius notabant; non quod optimus non eset; sed quod ei nimium familiaris, quasi de industria quæcūtus. Tacitus in dialogo de oratoribus: Nolo irridere Rotam fortunae, & Ius Verrinum, & illud, tertio quoque sensu in omnibus pro sententia positum, Esse uideatur. **Q**uintilianus quoque lib. x. cap. 2. Noueram, inquit, quosdam, qui se pulchre expressisse genus illud caelestis huius in dicendo uiri sibi uiderentur, si in clausula posuissent, Esse uideatur. Sane & in ea, quae proxima sequitur, idem iteratum est. Verum, ut mihi uidetur, inique faciunt, qui uitiosum existimant, quod & a sententia postulatur, & aures ob numeri suavitatem oblectat, nec tamen, ut ait Tacitus, tertio quoque sensu in omnibus pro sententia ponitur. **V**T . D E B E O , } ob eius in me merita. **V**T . T V T E mihi praecepiſti, } cum eius in me beneficium, cuius ipse testis fueras, praedicas. in ep. sequenti: Pompeio plurimum, & quidem ipso praedicatore, ac teste, debebam. **V**T . M E pietas, utilitasq. cogit, } pietas, erga optimè de me méritum: utilitas, cum habendam mihi rationem aliquando etiam salutis intellegam. Ep. sequenti: Nec mihi aliter potuisse uideor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cum præsidij ijs, quae semper habui, nunc etiam potentium benevolentiam coniunxisse. Pietatis autem nomen erga eos etiam, qui summa in nos beneficia contulerunt, usurpari solere, diximus in ep. i. Antiqui libri, uel, Dietas, uel Dictas, habent: ex quo nonnulli legunt, Dignitas. quod, ut opinor, diuersam a Ciceronis mente sententiam habet. cogebatur enim utilitate, non dignitate; quae reuocare potius ab eorum amicitia uidebatur, qui de sua potentia, non de rep. laborabant. & sibi non nihil, salutis causa, discedendum a dignitate, dixit in proxima epistola, idemq. significat, cum subiungit. Non libenter cerebrum, & confirmatum a rep. sensum deponere. & infra: Dignitatem illam consularem, fortis, & constantis senatoris, nihil est, quod cogitemus. At enim, cum proxime dixerit, Ut debeo, uidetur abundare, Pietas. Non abundat, sed auget id, quod dixit: quod & oratorium est, & Ciceroni, oratorium omnium principi, frequentissimum. saepe enim ita debemus, ut officio moueamur potius, quam impellamur. itaque Cicero, non se debere tantum sed cogit etiam pietate, demonstrat; cum Pompeium in recuperanda salute ita paene sui studiorum senserit, ut erga liberos parentes; in quos nomen pietatis conuenire, iam diximus. **A**D . E I V S rationes } ad ea, quae illi utilia sunt, quaeq. ille uult. Pompeium significari, satis constat. **P**VT A S T I , } cum de me ageres. **Q**uam sit difficile, indicat, se coactum si consilia ad potentium uoluntatem accommodare coepisse. **P**R A E S E R T I M rectum, } non enim facile boni ciues a sententia demouentur. **C**ON FIRMATVM, } ueterem, ac diuturnam sententiam appellauit

tauit in epistola superiore. **I P S E M E** conformo; quasi rem nouam: non tam ut saluti seruiam, quod antea non feci: quam ut optime de me merito gratiam referam. Proxime dixit: Ipse me ad eius rationes adiungo. A Q Y O boneſte diſſentire non poſſum; cum is auctor fuerit ſalutis meae. **S I M V L A T I O N E.** quia Pompeius in ciuitate plurimum ualeat. **A N I M I i n d u c t i o,** excluditur simulatio, non tamen amor ostenditur. propterea ſubiungit: Et mehercule amor. **V I D E A N T V R,** magni amoris argumentum, ut voluntatem ſequatur opinio. **A D V E R S A R I I,** qui optimates haberi uolebant. **C O N C E D A N T o m n e s,** cum intelligent honeste me a Pompeio, cui tantum debeam, diſſentire non poſſe. **V E L taceam;** transiſt ad minora. nam, ſi conceditur, ut ea defendat, quaec Pompeius uelit, multo magis, ut taceat, maxime uero, ut ad ſtudia ſe referat litterarum: quo uideri poſſet, ea, quaec fierent, non probare, & multo magis conſuleretur dignitatii ſuac, quam ſi uel defrideretur in ſenatu, quaec Pompeius uellet, uel etiam taceret. **P E R . E I V S D E M a m i c i t i a,** cui roganti, ut in ſenatu adiui, eiusq. uoluntatem defendam, pro amicitia deceſſe non poſſum. **P E R F U N C T I** eſſemus, Perfunctus eſſe dicitur, qui ad exitum aliiſciui rei, ſue optabilis ea ſit, ſue contra, iam peruenit. prioris generis exemplum hoc eſt: Perfungi honoribus ampliſſimis: & lib. III. de Orat. Qui annus ei primus ab honorum perfuſione adiutum omnium conſeffu ad ſummam auctoritatē dabat, is eius omnem ſpem, atque omnia uitae conſilia morte peruerit. Et Sulpicius ep. 5. lib. IV. Omnibus bonis prope perfunctum eſſe. Posterioris generis plura & apud hunc noſtrum, & apud alios exempla ſuppeditant. Defungi, ualeat idem, ſed hoc diſfert, quod in malam partem ſemper, ut mea memoria eſt, accipitur: quo modo Coelius ep. 1. lib. IX. uetus eſt. Et hoc mendacio ſi qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optauit. **D I G N I T A S,** quod erat praemium maximorum laborum. **C A P E S S R N D A,** adminiſtranda. id enim eſt Capereſſe. ep. ſequenti: Neque integrum mihi ad conſulendum, capereſſem ne remp. implicatus tenebar. Lib. III. de rep. apud Auguſtinum de ciuitate Dei: Non eſt resp. cum tyrranus eam factione capellat. Lib. IV. apud eundem: Aeschines Atheniensis, cum tragedias actitauifſet, remp. capessiuit. **N V L - I A** cum grauitate, affentiri enim ijs, contra quos ante diſſentit, leuitatis eſt. **P A V C I S;** ſi pauci, quo modo ab ijs fruſtra diſſentit? quia pauci quidem principes, Caſar, Pompeius, Crassus, ſed factio eorum maxima. **F R V S T R A;** cum etiam in ſenatu, qui alienor ab ijs ante fuit, auctoritate plurimum ualeant. **D E . T Y A r a t i o n e;** de eo, quod ad te pertinet, de regia cauſa. **S E N A T V S,** per quem conſecuti ſunt, quaene populum quidem fine ſeditione ſe allequi poſſe arbitrabantur. Populum non nominat, quia commutatus is non erat: ſemper enim Caſaris cauſam iuuit. **O T I V M;** ſatis ſuperq. habebimus, ſi per eos, qui rerum potiuntur, nobis licebit eſſe otiosis. **P R A E S T A T U R I;** permittent, nihil ut agamus, & otiosi, & tranquilla uita perfruamur. **Q V I D A M . H O M I N E S;** in primis M. Cato, eiusq. ſororum uiri, M. Bibulus, & L. Domitius Ahenobarbus, Caſaris, & Pompeij ueteres inimici. **D I G N I T A T E M** conſidarem, conſularium enim ſententiae magnum in ſenatu pondus habere debent; in quo dignitas eſt; nunc non habent: amissa igitur dignitas eſt. **F O R T I S, & c o n f a n t i s;** qui nullis periculis a tuaſta rep. deterretur, cuius nunc fortitudinis, atque constantiae neque praemium eſt ul- lum, paucis omnia tenentibus; neque fructus, quia fruſtra diſſentit. **O R D I N E M** coniunctiſſimum, equitem ordinem: quem ipſe Cicero conſul eum ſenatu conjuixerat. alienatus autem eſt a ſenatu Catonis opera, qui, potentibus Afiani publicanis, ut induceretur locatio uectigalium, que, cupiditate prolapsi, nimium magno conduxerant, reponſum dari paſſus non eſt: quam Caſar, anno ſequenti conſul, occaſionem arriput conciliandi ſibi, & a ſenatu diſſungendi ordinis equeſtris, de quo Suetonius: Publicanos, remiſſionem petentes, tertia mercedum parte releurauit, ac, ne in locatione nouorum uectigalium immode ratius licitarentur, propalam monuit. Idem conſirmat Dio lib. XXXIX. & Appianus lib. 2. bel. ci. Cicero autem ep. 15. lib. 1. ad Att. plane rem exponit, Afiani, inquit, qui de censoribus conduxerant, queſti ſunt in ſenatu, ſc. cupiditate prolapsi, nimium magno conduxifle: ut induceretur locatio, poſtulauerunt. ego princeps in adiutoribus. Ibidem paullo poſt: Ego conſeruans rationem, iſtitutionemq. noſtram, tueor, ut poſſum, illam a me conglutinatam concordiam. ep. 16. Alienati equites Romani, ſic ille annus duo fir- mamenta reip. per me unum conſtituta, euerit. nam & ſenatus auctoritatē abiecit, & ordinum concordiam diſuxit. In eadem: Cato miseros publicanos tertium iam mensem uexat, neque ijs a ſenatu reponſum dari patitur. Ep. 1. lib. 2. ad eundem: Cum equitatus ille, quem ego in cliuo Capitolino collocaſan, ſenatum deſeruerit. Ibidem paullo poſt: Quid impudentius publicanis renunciabitibus? fuit tamen, retinen- di ordinis cauſa, facienda tactura, reſtitit, & peruicit Cato. In Catilinam autem oratione 1 v. ad conſer- uandam ſenatus equitumq. concordiam horretur his uerbis: Quam coniunctionem ſi, in conſulatu conſi- marat meo, perpetuum in rep. tenuerimus: conſirimo uobis, nullum poſthac malum ciuile, ac domesticum ad ullam reip. partem eſſe uenturum. **H O M I N E M** clariffimum, Pompeium, quem ab alienauerant a ſenatu, qui ea, quaec ille, deuicto Mithridate, regibus, dynastis, & ciuitatibus in Asia confeſſerat, conſirmari a ſenatu non permiferant: quorum princeps fuit L. Lucullus, qui ſororem M. Catonis Seruiliam in matrimonio habebat, adiuuantibus Catone, & Metello Celere conſule. ex quo Pompeius, uxore ducta Caſaris filia, facile impetravit, ut ijs conſul acta ſua conſiraret. Appianus lib. 2. bell. ci. Dio lib. XXXVII. Suetonius. **E O . C O N S V L E,** non, cum erit conſul, ſed, quoad erit. hoc enim anno, quod iam diximus, conſulatum gerebat cum M. Crasso. **A F F I X V M;** nunquam ab eo diſcedam, haerebo illi, ut haerent ea, quaec affixa ſunt. ep. 1. lib. III. ad fratrem: Dediteriam alterā illam mihi, qua iubes eum mihi eſſe affixum, tanquam ma- gistro. **E T I A M p r o p r i e t i d i p i ſ u m,** non ſolum quia te diligit, ſed etiam propter id ipsum, quod me ti- bi, deme optime merito, eam, quam debo, praetare memoriam, ac benevolentiam intelliget: tum quia

solet amabilis, & lucunda apud omnes esse grati animi significatio: tum eo praecepue nomine, quod Pompeius, qua in ipsum quoque uoluntate sim, cui debo plurimum, inde coniecturam capiet. MINIMAM, unde tibi, quo animo sim in maximis, licet coniijcere. CONSEQUI possim. } sic ep. IV. Si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum meritorum assecutus. RUMOR. ERAT, uerus. nam ep. sequenti: Te esse imperatorem, prouinciamq. bene gestis rebus cum exercitu uictore obtinere, ut debo, laetor. Quamquam explorata Lentuli uictoria nondum erat, si enim certus bene gestae rei nuncius allatus esset, epistolam inscrispisser, Lentulo Imperatori, ut in ep. sequenti. POMPETO ut, allatis tuis litteris, rem bene gestam significantibus, referat ad senatum de supplicationibus tibi decernendis. PLVS contendimus, quam possumus, } uelle se plurimum Lentuli cauſa, ostendit, nec tamen praefare posse quantum debeat. Simile illud ep. 8. lib. iv. Ut me non solum omnia debere tua cauſa, quae possum, sed ea quoque, quae non possum, putent. Item Phil. 6. Consilio, quantum potero, labore plus pacne, quam potero, excubabo, uigilaboq. pro uobiſ. QVAM debemus. } nam, ut omnia tua cauſa praeſtem, uiuentur tamen mentis tuis officia mea. Quod autem hic, Minus quam debemus, in ep. 4. lib. vi. dixit, Merita non assequor.

Argumentum ep. 9.

Sine dubio moralis est epistola, ob eam maxime cauſam scripta, ut id, quod factum est, recte factum ostendatur. quaerenti enim Lentulo, cum inimicis, Caesare, Appio, Vatinio, in gratiam Cicero redierit, atque ita, ut Vatinium, quem accusauerat antea, defenderit, ac laudarit, cauſas exponit consilij sui. Tota uero eius excusatio quinque potissimum rationibus nititur: primum, quod, cum & Pompeio plurimum debeat, & mirificam Caesaris erga se, fratremq. suum liberalitatem sit expertus, ad eorum sermones non iniuitus adiungat, a quibus honeste dissentire non posse: deinde, quod in eum sensum non tam alliciatur beneficijs, quam compellatur iniurijs; cum ei ciues improbi nocere studeant, boni etiam inuideant: tertio loco, quod, habendam esse non modo dignitatis, uerum etiam salutis rationem, exsulij sui calamitate doctus, intelligat: tum, quod, cum Pompeio, ac Caesare, optime utroque de rep. merito, coniungi, & eorum cauſa paullisper sententiam mutare, turpe non sit: idq. confirmat sapientissimo rum hominum auctoritate, qui perpetuam in rep. gubernanda sententiam numquam laudauerint: postremo, quod, in eo se nihil contra Lentuli uoluntatem commisſe, crediderit; cuius animum nouerittum sibi amicissimum, tum nulla in ceteros malevolentia suffusum. Extrema pars epistolae negotia continent, de suis scriptis, de Lentuli rebus domesticis, de Q. Fratris negotio, de Appi cupiditate Ciliciae administrandae, de publicanis.

Cicero S. D. Lentulo imp. 9.

PERICUNDAE mihi fuerunt litterae tuae: quibus intellexi, te perfpicere meam in tepietatem: quid enim dicam, benevolentiam? cum illud ipsum grauiſſimum, & sanctissimum nomen Pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur. Quod autem gratia tibi mea erga te studia scribis esse: facis tu quidem abundantia quadam amoris; ut etiam gratia sint ea, quae praetermitti sine nefario scelere non

possunt: tibi autem multo notior, atque illustrior mens in te animus esset, si hoc tempore omni, quo seiuiceti fuimus, & una, & Romae fuissimus. nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodq. & in primis potes, et ego a te uehementer expecto, in sententijs senatorijs, & in omni actione, atque administratione rep. floruisse. de qua ostendam equidem paullo post, qui sit meus sensus, & status: & rescribam tibi ad ea, quae



quae quaeris. sed certe & ego te auctore amicissimo, ac sa-
pientissimo, et tu me consiliario fortasse non imperitissimo,
fidi quidem, & beneulo certe usus es. quamquam
tua quidem causa, te esse imperatorem, prouinciamq.
bene gestis rebus cum exercitu nictore obtinere, ut de-
beo, laetor. sed certe, qui tibi ex me fructus debentur,
eos ubiores, & praestantiores praesens capere potuif-
ses. in eis uero ulciscendis, quos tibi partim inimicos
esse intelligis propter tuam propugnationem salutis
meae, partim inuidere propter illius actionis amplitu-
dinem, & gloriam, mirificum me tibi comitem praef-
buissim. quamquam ille perennis inimicus amicorum
suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te po-
tissimum factam illam, & debilitatem uim suam contu-
lit, nostram uicem ultus est ipse se: ea est enim cona-
tus, quibus patescunt, nullam sibi in posterum non mo-
do dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit.
Te autem eti si mallem in meis rebus expertum, quam
etiam in tuis: tamen in molestia gaudeo, eandem fidem
cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego
maximo dolore cognoram. de qua ratione tota iam ui-
detur mihi exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad
ea, quae quaeris. Certo rem te per litteras scribis esse
factum, me cum Caesare, & cum Appio esse in gratia;
teq. id non reprehendere adscribis. Vatinium autem,
scire te uelle ostendis, quibus rebus adductus defende-
rim, & laudarim. quod tibi ut planius exponam, al-
tius paulo rationem meorum consiliorum repetam, ne-
cessere est. Ego me, Lentule, initio rerum, atque actionum
tuarum, non solum meis, sed etiam reip. restitu-
tum putabam: & quoniam tibi incredibilem quendam
amorem, & omnia in te ipsum summa, ac singularia
studia deberem, reip. quae te in me restituendo multum
adiuuiisset, cum certe me animum merito ipsius debere
arbitrabar, quem antea tantummodo communii officio
ciuum, non aliquo erga me singulari beneficio, debitum
praestitissim. Hac me mente fuisse, & senatus ex me te
consule audire, & tu in nostris sermonibus, colloquio-
nibusq. ipse uidisti. eti iam primis temporibus illis,
multis rebus meus offendebatur animus; cum, te agen-
te de reliqua nostra dignitate, aut occulta non nullo-
rum odia, aut obscura in me studia cernebam. nam ne-
que de monumentis meis ab ijs adiutus es, a quibus de-
busti, neque de ui nefaria, qua cum fratre eram domo
expulsus: neque hercule in ijs ipsis rebus, quae quam-
quam erant mihi propter rei familiaris naufragia neces-
sarie, tamen a me minimi putabantur, in meis damnis
ex auctoritate senatus resarcendi eam uoluntatem,
quam exspectaram, praefliterunt. Quae cum uiderem;
(neque enim erant obscura) non tamen tam acerba mi-
hi haec accidebant, quam erant illa grata, quae fecerant.
itaque, quamquam & Pompeio plurimum, te quidem
ipso praedicator, ac teste, debebam; & eum non solum
beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudi-
cio meo diligebam: tamen, non reputans quid ille uellet,
in omnibus meis sententijs de rep. pristinis permane-
bam. Ego, sedente Cn. Pompeio, cum, ut laudaret P.
Sextium, introiisset in urbem; dixissetq. testis Vatinius,
me fortuna, & felicitate C. Caesaris commotum illi ami-
cum esse coepisse; dixi, me eam Bibuli fortunam, quam
ille afflictam putaret, omnium triumphis, uictorijsq. an-
tesferre; dixi q. eodem teste alio loco, eosdem esse, qui Bi-
bulum exire domo prohibuerint, & qui me coegerint.

tota uero interrogatio mea nihil habui t aliud, nisi repre-
hensionem illius tribunatus: in quo omnia dicta sunt li-
bertate, animoq. maximo de ui, de auspicijs, de donatio-
neregnorum. neque uero hac in causa modo, sed con-
stanter saepe in senatu. quin etiam, Marcellino, & Phi-
lippo cos. nonis Apr. mibi est senatus assensus, ut de a-
gro Campano, frequenti senatu, idibus Maij referretur.
num potui magis in arcem illius causae inuadere, aut
magis obliuisci temporum meorum, & meminisse actio-
num? hac a me sententia dicta, magnus animorum mo-
tus est factus, cum eorum, quorum oportuit, tum illo-
rum etiam, quorum numquam putaram. nam hoc
S.C. in meam sententiam facto, Pompeius, cum nihil
mibi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam, & in
Africam profectus est: eq. itinere Lucam ad Caesarem
uenit: ubi multa de mea sententia questus est Caesar,
quippe, qui etiam Rauennae Crassum ante uidisset, ab
eq. in me esset incensus. sane moleste Pompeium id fer-
re constabat: quod ego cum audissem ex alijs, maxime
ex meo fratre cognoui. quem cum in Sardinia Pompeius
pancis post diebus, quam Luca discesserat, conuenisset;
Te, inquit, ipsum cupio: nihil opportuni us potuit acci-
dere: nisi cum Marco fratre diligenter egeris; dependen-
dum tibi est quod mihi pro illo spondisti. quid multa?
questus est grauior: sua merita commemorauit: quid
egisset saepissime de aelis Caesaris cum ipso fratre, quidq.
sibi is de me recipisset, in memoriam rediget: sequitur,
quae de mea salute egisset, uoluntate Caesaris egisse ip-
sum meum fratrem testatus est: cuius causam, digni-
tatemq. mihi ut commendaret, rogauit; ut eam ne
opugnarem, si nolle, aut non possem tueri. Haec cum
ad me frater pertulisset; & cum ante tamen Pompeius
ad me cum mandatis Vibullum misisset, ut integrum
mibi de causa Campana ad suum redditum referuarem;
collegi ipse me, & cum ipsa quasi rep. sum collocutus;
ut mihi tam multa pro se perpresso, atque perfusco,
concederet, ut officium meum, memoremq. in bene meri-
tos animum, fidemq. fratri mei praestarem; eumque,
quem bonum ciuem semper habuisset, bonum uirum es-
se pateretur. In illis autem meis actionibus, sententijsq.
omnibus, quae Pompeium uidebantur offendere, certo
rum hominum, quos iam debes suspicari, sermones re-
ferebantur ad me: qui cum illa sentirent in rep. quae
ego agebam, semperq. sensissent: me tamen non satisfa-
cere Pompeio, Caesaremq. inimicissimum mihi futurum
gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum, sed multo
magis illud, quod inimicum meum, meum autem & im-
mo uero legum, iudiciorum, otiij, patriae, bonorum om-
nium, sic amplexabantur, sic in manibus habeant, sic
fouebant, sic, me praesente, osculabantur, non illi qui-
dem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus
perdidii, sed certe ut facere se arbitrarentur. Hic ego,
quantum humano consilio efficere potui, circumspectis
rebus omnibus, rationibusq. subductis, summam feci
cogitationum mearum omnium: quam tibi, si potero,
breuiter exponam. Ego, si ab improbis, & perditis ciui-
bus remp. teneri uiderem, sicut & meis temporibus sci-
mus, & non nullis alijs accidisse accepimus; non modo
praemissis, quae apud me minimum ualent, sed ne peri-
culis quidem compulsi ulla, quibus tamen mouentur
etiam fortissimi uiri, ad eorum causam me adiungerem,
ne si summa quidem eorum in me merita constarent. cum
autem in rep. Cn. Pompeius princeps esset, uiris, qui
hanc

hanc potentiam, & gloriam maximis in remp. meritis, praestantissimusq. rebus gestis esset consecutus, cuiusq. dignitatis ab adolescentia fautor, in praetura autem, & in consulatu adiutor etiam exstissem; cumq. idem auctoritate, & sententia per se, consilijs, & studijs tecum me adiunisset; meumq. imitium unum in ciuitate haberet inimicum: non putavi samam inconstantiae mihi per vim descendam, si quibusdam in sententijs paulum me immutassem, meamq. uoluntatem ad summum uiri, de meq. optime meriti, dignitatem aggregassem. In hac sententia complectendus erat mihi Caesar, ut uides, in coniuncta et transsa, et dignitate. hic multum ualuit cum ueuis amicitia, quam tu non ignoras mihi, & Quinco fratri cum Caesare fuisse: tum humanitas eius, ac liberatior, breui tempore & litteris, & officijs perspecta nobis, & cognita. Uehementer etiam res ipsa publica me mouit: quae mibi uidebatur contentionem, praesertim maximis rebus a Caesare gestis, cum illis uiris nolle fieri, & neficeret, uehementer recusare. Grauissime autem me in hac mentem impulit & Pompeij fides, quam de me Caesar dederat, & fratri mei, quam Pompeo. Erant praeterea haec animaduertenda in ciuitate, quae sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus: QVALES in rep. principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Tenebam memoria, nobis consulibus ea fundamenta ita ex Kalendis Ian. confirmandi senatus, ut neminem mirari oporteret, nonis Dec. tantum uel animi fuisse in illo ordine, uel auctoritatis. Idemq. memineram, nobis priuatis usque ad Caesarem, & Bibulum cos. cum sententiae nostrae magnum in senatu pondus habent, unum fere sensum fuisse bonorum omnium. Postea, cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres; neque resp. consules haberet, sed mercatores provinciarum, & fedationum seruos, ac ministros, sicut quidam casus caput meum, quasi certaminis causa, in medianam contentione, dissensionemq. ciuilem. quo in discrimine, cum mirifica senatus, incredibilis Italiae totius, singularis bonorum omnium consensio in me tuendo exsiliisset; non dicam, quid acciderit; (multorum est enim, & uaria culpa) tantum dicam breui, non mibi exercitum, sed duces defuisse. in quo, ut iam sit in ijs culpa, qui me non defenderunt: non minor est in ijs, qui reliquerunt. & si accusandi sunt, qui pertinuerunt; magis etiam reprehendendi, qui se timere simularentur. Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est, qui meos ciues, & a me seruatos, & me seruare cupientes, spoliatos duibus, seruis armatis obiqci noluerim; declarariq. maluerim, quanta uis esse potuisset in consensu bonorum, si ijs pro me stante pugnare licuisset, cum afflictum excitare potuissent. quorum quidem animum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiam confirmasti, atque tenuisti. Quia in transsa non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & praedicabo libenter. usis es quibusdam nobilissimis hominibus, sororibus in me restituendo, quam fuerant idem in tenendo. quia in sententia si constare uoluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. recreatis enim bonis uiris consulatu tuo, & constantissimis, atque optimis actionibus tuis excitatis, Cn. Pompeo praesertim ad causam adiuncto, cum etiam Caesar, rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudicijs senatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungere:ur; nulli improbo ciui locus ad rep. uiolandam esse potuisset. sed attende quae sunt consecuta. Primum illa fuita miliebrium religionum: qui non pluvis fecerat Bonam deam, quam tres sorores, impunitatem ei eorum sententijs affecutus, qui cum tribunus pl. poenas a seditionis cive per bonos uiros iudicio persequi uellet, exemplum praeclarissimum in posterum uindicandae seditionis de rep. sustulerunt: ijdemq. postea non meum monumentum, (non enim illae manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat, monumentum uero senatus) ho Stili nomine, & cruentis iuclum litteris esse passi sunt. qui me homines quod saluum esse uoluerunt, est mibi gratissimum; sed uellem, non solum salutis meae, quemadmodum medici, sed etiam, ut aliptae, uirium, & coloris rationem habere uoluissem. nunc, ut Apelles Veneris caput, & summa peccatoris politissima arte perficit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solum elababorant, reliquum corpus imperfectum, ac rude reliquerunt. in quo ego spem seselli non modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorum: qui de uno acerrimo, & fortissimo uiro, meo iudicio, omnium magnitudine animi, & constantia praestantissimo, Q. Metello L. F. quondam falsam opinionem acceperunt: quem post re ditum dicitant fracto animo, & demissi fuisse. est uero probandum, qui & summa uoluntate cesserit, & egregia animi alacritate absuerit, neque sane redire curaret; cum ob id ipsum fractum fuisse animo, in quo cum omnes homines, tum M. illum Scaurum, singularem uirum, constantiam, & grauitate superasset. sed, quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum: cum resp. maiorem etiam mihi animum, quam umquam habuisset, daret; quae iam declarasset, se non potuisse me uno ciue carere: cumq. Metellum unius tribuni pl. rogatio, me uniuersa resp. duce senatu, comitate Italia, promulgantibus omnibus, referente consule, consilijs centuriatis, cunctis ordinibus, hominibus incumbentibus, omnibus denique suis uiribus recuperasset. Neque uero ego mibi postea quidquam assumpsi, neque hodie assumo, quod quemquam malevolentissimum iure posset offendere. tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. Hic meae uitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem, & speciem huius uitae intuentur, follieitudinem autem, & laborem perspicere non possunt. illud uero non obscureruntur in meis sententijs, quibus ornam Caesarem, quasi descinerim a pristina causa. Ego autem cum illa sequor, quae paulo ante proposui, tum hoc non in passim, de quo cooperam exponere. non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti: qui confirmatus consulatu nostro, non numquam postea interrupsus, & afflictus ante te consulem, recreatus abs te totus est, nunc ab ijs, a quibus tuendus fuerat, derelictus: idq. non solum fronte, atque uileu, quibus similitudo facillime sustinetur, ij declarant, qui tum nostro illo statu optimates nominabantur, sed etiam sententia saepe iam, tabellaq. docuerunt. itaque tota iam sapientium ciuium, qualem me & esse, & numerari uolo, & sententia, & uoluntas mutata esse debet. id enim inbet idem ille Plato, quem ego autorem uehementer sequor: TANTVM contendere in rep. quantum probare tuis ciuibus possis: uim neque parenti, neque patriae afferre oportere. atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendae

attingendae reip. fuisse, quod, cum offendisset populu Atheniensem prope iam despiciem seneccire; cumq. eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse uidisset; cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. Mea ratio fuit alias quod, neque despiciem populo, neque integrare mihi ad consulendum capesserem ne rempl. impli- catus tenebar. sed laetus tamen sum, quod mihi li- ceret in eadem causa & mihi utilia, & cuius bono re- sta defendere. Huc accessit commemoranda quaedam, & diuina Caesaris in me, fratremq. meum liberalitas: qui mihi, quascumque res gereret, tuendus esset; nunc in tanta felicitate, tantisq. uictorijs, etiam si in nos non is esset, qui est, tamen ornandus uideretur. sic enim te exi- stimare uelim; cum a uobis mea salutis auctoribus di- scesserim, neminem esse, cuius officijs me tam esse deuin- etum non solum confitear, sed etiam gaudeam. Quod quoniam tibi exposui: facilia sunt ea, quae a me de Vatinio, & de Crasso requiris. Nam de Appio quod scri- bis, sicut de Caesare, te non reprehendere: gaudeo tibi consilium probari meum. De Vatinio autem, primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille praetor est factus; cum quidem ego eius petitio- nem grauissimis in senatu sententijs oppugnasse, neque e tam illius laedendi causa, quam defendendi, atque or- nandi Catonis: post autem Caesaris, ut illum defende- rem, mira contentio est consecuta. cur autem laudarim, peto a te, ut id a me ne ne in hoc reo, ne ne in alijs re- quiras; ne tibi ego idem reponam, cum ueneris; tanetsi possim uel absenti. recordare enim, quibus laudatio- nem ex ultimis terris miseris. nec hoc pertinueris. nam a me ipso laudantur, & laudabuntur iijdem. sed tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, cum illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunuco parasitus suaderet militi.

„ Vbi nominabit Phaedriam: tu Pamphilam
 „ Continuo. si quando illa dicet, Phaedriam
 „ Comissatum intromittamus: tu, Pamphilam
 „ Cantatum prouocemus. si laudabit haec
 „ Illius formam: tu huius contra. denique
 „ Par pro pari referto, quod eam mordeat.
 sic petui a iudicibus, ut quoniam quidam nobiles ho-
 mines, & de me optime meriti, nimis amarent inimi-
 cum meum, neque inspectante saepe eum in senatu modo
 seuere seducerent, modo familiariter, atque hilare am-
 plexarentur; quoniamq. illi haberent suum Publum, da-
 rent mihi ipsi alium Publum, in quo possem eorum
 animos mediocriter lacestus leuiter repungere. neque
 solum dixi, sed etiam saepe facio dijs, hominibusq. ap-
 probantibus. Habes de Vatinio: cognosce de Crasso.
 Ego cum mihi cum illo magna iam gratia esset; quod
 eius omnes grauissimas iniurias, communis concordiae
 catissa, uoluntaria quadam obliuione contriueram; re-
 pentinam eius defensionem Gabinij, quem proximis su-
 perioribus diebus acerrime oppugnassef, tamen, si sine
 ullamea contumelia fitcepisset, tulisset; sed, cum me
 disputantem, non lacecentem, lacisseret; exarsi, non so-
 lum praesenti, credo, iracundia, (nam etiam uehemens
 fortasse non fuisse) sed cum inclusum ibid odium multa-
 rum eius in me iniuritarum, quod ego effudisse me omne
 arbitrabar, residuum tamen inscierte me fuisse, omne
 repente apparuit. Quo quidem tempore ipso quidam
 homines, & iijdem illi, quos saepe nunc, significatio-
 neq. appello, cum se maximum fructum cepisse dicerent

ex libertate mea, meq. tum denique sibi esse uisum reip. qualis fuisset, restitutum; cumq. ea contentio mihi ma-
 gnum etiam foris fructum tulisset; gaudere se dicebant,
 mihi & illum inimicum, & eos, qui in eadem caussa ef-
 sent, numquam amicos futuros. quorum iniqui sermones
 cum ad me per homines honestissimos perferrentur;
 cumq. Pompeius ita contendisset, ut nihil umquam ma-
 gis, ut cum Crasso redirem in gratiam, Caesarq. per lit-
 teras maxima se molestia ex illa contentione affectum
 ostenderet: habui non temporum solum rationem meo-
 rum, sed etiam naturae: Crassusque, ut quasi testata
 populo R. esset nostra gratia, paene a meis laribus in
 prouinciam est profectus. nam, cum mihi condixisset, ce-
 nauit apud me in mei generi Crasspedis hortis. quomo-
 brem eius cauam, quod te scribis audisse, magna illius
 commendatione suscepit, defendi in senatu, sicut mea
 fides postulabat. Accepisti, quibus rebus adductus,
 quamq. rem, causamq. defendenter; quiq. meus in rep-
 sit pro mea parte capessenda status. de quo sic uelim fa-
 tuas; me haec eadem sensurum fuisse si mihi integra
 omnia, ac libera fuissent. nam neque pugnandum ar-
 bitrare contra tantas opes; neque delendum, etiam
 si id fieri posset, summorum ciuium principatum; neque
 permanendum in una sententia, conuersis rebus, ac bono
 rum uoluntatibus immutatis; sed tēporibus assentiendū.
 NVM QVAM enim praestantibus in rep. gubernanda
 uiris laudata est in una sententia perpetua permancio. sed,
 ut in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si por-
 tum tenere non queas; cum uero id possis, mutata uelis-
 catione, assequi, stultum est enim tenere cum periculo cur-
 sum, quē ceperis, potius, quam, eo commutato, quo uelis,
 tamen peruenire: sic, cum omnibus nobis in administra-
 dā rep. propositum esse debeat, id quod a me saepissime di-
 cūtum est, cum dignitate otium; Non idem semper dice-
 re, sed idem semper spectare debemus. Quamobrē, ut paul-
 lo ante posui, si essent omnia mihi solutissima; tamen
 in rep. non aliis esset, atque nunc sum. cum uero in
 hunc sensum & alliciar beneficijs hominum, & compel-
 lar iniurijs; facile patior ea me de rep. sentire, ac dice-
 re, quae maxime cum mihi, tum etiam rep. rationibus
 putem conducere. Apertius autem haec ago, ac saepius;
 quod & Quintus, frater meus, legatus est Caesaris,
 & nullum meum minimum dictum, non modo factum,
 pro Caesare intercessit, quod ille non ita illustri gratia ex-
 ceperit, ut ego eum mihi deuinatum putarem. itaque
 eius omni & gratia, quae summa est, & opibus, quas in-
 telligis esse maximas. sic fruor, ut meis. nec mihi aliter
 potuisse uideor hominum perditorum de me consilia
 frangere, nisi cum praesidijs ijs, quae semper habui,
 nunc etiam potentiam benevolentiam coniunxitsem.
 His ego consilijs si te praesentem habuissim; ut opinio
 mea fert, essera uisus eidem. noui enim temperantiam,
 & moderationem naturae tuae: noui animum cum mihi
 amicissimum, tum nulla in ceteros malevolentia suf-
 fusum, contraq. cum magnum, & excelsum, tum etiam
 apertum, & simplicem. uidi ego quosdam in te tales,
 quales tu eosdem in me uidere potuisti. quae me moue-
 runt, mouissent eadem te profecto. sed, quocumque tem-
 pore mihi potefas praesentis tui fuerit, tu eris omnium
 moderator consiliorum meorum; tibi erit eidem, cui sa-
 lus mea fuit, etiam dignitas curae. me quidem certe tua
 rum actionum, sententiarum, uoluntatum, rerum de-
 nique omnium socium, comitemq. habebis: neque mihi
 in omni

in omni vita res tam erit illa proposita, quam ut quotidianus uebementius, te de me optime meritum esse, laetare. Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, quae post discessum tuum scripsi: sunt orationes quaedam, quas Menocrito dabo, neque ita multae, ut pertimescas. scripsi etiam, (nam etiam ab orationibus disiungo me fere, referoq. ad mansuetiores musas, quae me maxime, sicut iam a prima adolescentia delectarunt) scripsi igitur Aristotelico more, quemadmodum quidem uolu, tres libros in disputatione, ac dialogo, de Oratore: quos arbitor Lentulo tuo fore non iniuitiles; abhorrent enim a communibus paeceptis, & omnem antiquorum & Aristotelicam, & Isocraticam rationem oratoriam complectuntur. scripsi etiam uerbis tres libros de temporibus meis: quos iam pridem ad remissum, si esse edendos putasse: sunt enim testes, & erant sempiterni meritorum tuorum erga me, meaq. in te pietatis. sed, quia uerebar, non eos, qui se laetus arbitrarentur, (etenim id feci parce, & molliter) sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. quos tamen ipsos libros, si quem, cui recte conmittam, inuenero, curabo ad te preferendos. Atque istam quidem partem uitae, consuetudinis nostrae totam ad te defero. quantum literis, quantum studijs, ueteribus nostris delectationibus, consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, quibz semper amasti, libentissime conferemus. Quae ad me de tuis rebus domesticis scribis, quaeq. mihi commendas, ea tantae mihi curae sunt, ut me nolim admoneri, rogari uero sine magno dolore uix possim. Quod de Quintili fratris negotio scribis, te priore aestate, quod morbo impeditus in Ciliciam non transieris, confidere non posuisse, nunc autem omnia faciur, ut conficias: id scito esse eiusmodi, ut frater meus uere existimet, adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostriq. studijs, & exercitationibus uelim quam fa-

miliarissime certiorum, & quam saepissime facias; extimesque, neminem cuiquam neque cariorem, neque inconditorem unquam fuisse, quam te mihi; idque, me, non modo ut tu sentias, sed ut omnes gentes, etiam ut posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appius in sermonibus ante dictabat, postea dixit: etiam in senatu palam, se se, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam; si curiata lex non esset, se paraturum cum collega, tibiq. successorum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex S. C. prouinciam haberet, lege Corneliam imperium habiturum, quoad in urbem introisset. ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio: uarias esse opiniones intelligo. sunt, qui putant posse te non decadere, quod sine lege curiata tibi succedatur: sunt etiam, qui, si decadas, a te relinqu posse, qui prouinciae praefit. mihi non tam de iure certum est, (quamquam ne id quidem ualde dubium est) quam illud, ad tuam summatam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem, qua te scio libentissime solle frui, pertinere, te sine illa mera prouinciam successori concedere; praesertim cum sine suspitione tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. ego utrumque puto meum esse; & quod sentiam, ostendere; & quod seris, defendere.

SCRIPTA iam epistola superiore, accepi tuas litteras de publicanis: quibus aequitatem tuam non potui non probare. felicitate autem, quod uellem, consequi potuisse, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem, aut uoluntatem offenderes. equidem non desinam tua decreta defendere: sed nosti consuetudinem hominum; scis, quam grauer inimici illi ipsi Q. Scacuolae fuerint, tibi tamen sum auctor, ut, quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilie, aut mitiges. id etsi difficile est, tamen mihi uidetur esse prudentiae tuae. Vale.

EXPLANATIO

LENTVLO. IMP. } te bene gesta, qui ab exercitu imperator erat appellatus, litteras suas imperatoris nomine inscribebat: quod Cicero fecit ep. 10. lib. 2. similiter, qui ad eum scribebant, imperatorem appellabant: propterea superiores litterae inscribuntur, Lentulo proconsuli, uictoria nondum certa, hae uero, imperatori, cum plane cognita res esset. **G**R A V I S S I M U M. } quod tamen sua grauitate tuorum in me meritorum pondera non aquat. **S**ANCTISSIMUM. } proprius enim de diis usurpatur, inde transfertur in patriam, in parentes, in optime meritos. ep. 1. **A**B V N D A N T I A quadam amoris, ut etiam gratasint ea, } uera laus liberalitatis in eo sita est, cum ita beneficium damus, ut ab eo, qui accipit, non modo fructum, aut mercedem ullam non exigamus, sed ne exspectemus quidem. hac laude Cicero ornat Lentulum: sed adiungit alteram, humanitatis uidelicet, cum studia sua non modo ab eo non exspectari significat, sed grata etiam est, neque grata ob eam causam, quod utilitatem, uel honorem pariant, sed propter quandam amoris abundantiam, significat. **S**INE nefario scelere } peccat, qui gratiae referendae occasionem praetermittit: sed nec, quicumque peccat, sceleratus est; nec omnia scelera nefaria sunt. Ostendit igitur Cicero magnitudinem eius beneficij, quod a Lentulo accepit, cum ait: Ea studia ita a se deberi, ut praetermitti sine nefario scelere non possint. **N**O T I O R, atque illustrior } geminatum uerborum idem significantium, (πλεογασμον rhetores appellant,) modo uirtus est, ubi sententiam anget, uel ornat; modo uitium, ubi ncutrum: quo de utroque genere lib. lxx. & ix. disputat Quintilianus hic non est otiosum, Illustrior: addit enim ad sententiam: quia nota multa sunt nec tamen illustria. ornat autem, quia translata uerba quiddam habent magnificientius, quam propria, & orationem, ut ait Cicero in Oratore, quasi stellae quaedam illustrant. **H**O C tempore omni } triennium. nam ante biennium Lentulus, consulatus functus, iuenerat in Ciliciam, mansitq. ad Caluinum, & Messallam consulem: quo anno successit ei App. Claudius. **O**STENDIS } uerbis significas. sic ep. 2. Ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. **P**O T E S, } ostendis, inquit, futurum, ut opiniones nostrae consentiant in capienda rep. idq. potes, quia me tuarum actionum, sententiarum, uoluntatum socium, comitemq. habebis.

bebis. Hoc in extrema sere epistola. **V E H E M E N T E R** expello, & proprie mutuam benevolentiam, & opinionum similitudinem. **I N** sententijs sena orijs, & omissa populi mentione, scruum nominat: cuius causam optimates tuebantur; cum leues, & improbi cives populi gratiam sectarentur. **A C T I O N E**, atque administratione reip. & latius patebat, Actione: contraxit igitur, & a toto actionum genere transit ad eam partem, in qua Lentulo notior, & illustrior eius animus esse potuisset. id autem erat, reip. administratio: cum qua sequens uerbum, Floruissemus, apte congruit. **F L O R V I S S E M U S**. & coniunctis enim duorum consularium sententijs, utrius dignitas comparatur. **O S T E N D A M** eisdem & ut intelligas, me non aliter, ac debeam, sentire. uerum tamen, si tu affuisses, nihil sine consilio tuo fecissem, te auctore prorsus in omnibus rebus usus essem. **A V C T O R E** secutus essem uoluntatem tuam in reconcilianda cum Caesare, Appio, Vatinio gratia. **A M I C I S S I M O**, ac sapientissimo, & cur ei non obtemperem, atque obsequar, qui & omnia mea causa uult, & ita excellit sapientia, ut errare non possit? hoc enim simul utrumque requiritur in eo, qui consilium dat. **F I D E L I** quidem, & benevolo & fides, & amor a consiliario postulantur. non enim praestare fidem, quod probitatis est, uidetur satis: sed agere etiam oportet ea diligenter, quae ad rem pertinere ducimus; quod amoris est. ita, cum benevolentiam, & sapientiam Lentulo tribuerit, ei se comparat in benevolentia: quod amabile potius, quam odiosum est: sapientiam nero nec eandem tibi arrogat, nec tamen omnino detrahit, cum ait, Fortasse non imperitissimo. **T V A** quidem causa, & nam mea te adeste maluisse. Expressit egregie ep. 1.lib. 2. candem sententiam his uerbis: Ego, te absuisse tam diu a nobis, & doleo, quod carui fructu incundissimae consuetudinis tuae; & laetor, quod, absens, omnia cum maxima dignitate es consecutus. **I M P E R A T O R E M**, & appellatum ab exercitu. ep. 10.lib. 2. **B E N E** gestis rebus & materiam triumphandi rectores prouinciarum ex finitimarum gentium bellis quaerebant. Triumphauit Lentulus ex Cilicia, non statim ad urbem reuersus, sed post aliquot menses: id quod ex eo loco ep. 21.lib.v.ad Att. licet intelligere: Acceperam satis certe Iceni per publicanorum tabellarios a Lentuli triumpho datas. **V B E R I O R E S**, & praefiantiores & apte post copiam subiungitur magnitudo: idq. Cicero saepe facit. cum igitur ad sententiam, & Ciceronis consuetudinem, accedit ueterum aliquot librorum auctoritas; uerbum, Praefiantiores, in Praefiantiores, quod alij maluerunt, cōmutare uisum non est. **V L C I S C E N D I S**, & dicimus, Vltus est inimicum, ut hic, & Vltus est sepe, ut paulo post, sensu eodem. significat autem eos, qui se in reductione Ptolemaei regis aduersari Lentulo praebuerunt. **I N I M I C O S** esse & populares ciues hic significat; optimates autem, cum subiungit, Intuidere: quod utrumque genus saepe notat in his epistolis. **P R O P V G N A T I O N E M** in consulatu. **A C T I O N I S** cum me consul uirtute, & constantia in patriam ab exilio reduxisti. **P E R E N N I S** inimicus & cum sequatur, In te potissimum, C. Catonem hunc esse, posuit quis iure suspicari, qui biennio ante tribunus pl. rogationem tulerat, ut imperium Ciliciae Lentulo abrogaretur. ep. 5. **F R A C T A M** a consequentibus nominantur multa: ut hic, Fractam uim, Cicero appellat, quia Lentulo non nocuit. exitus enim, quam infirma uis eius esset, ostendit. **D E B I L I T A T A M** translatis illustratur oratio, haec autem duo, Frangi, & Debilitari, saepe Cicero coniungit, ut ep. 13. lib. v. Circumspice omnia membra reip. nullum reperies profecto, quod non fractum, debilitatum ue sit. & ep. 1.lib. 1. ad fratre: Animos nostros frangi, & debilitari molestia non oportet. Et pro Flacco: Quae urbs auctoritate tanta est, ut iam fractum prope, ac debilitatum Graeciae nomen huius urbis laude nitatur. **N O S T R A M** uicem & quod ad nos pertinuit, quod ipsi facere debuimus. sic, Doleo tuam uicem, ueteres dicebant, pro, quod ad te pertinet. Et Plautus in Capt. Neque ullum pol de hac re negotium est, Quin male occidam, oppetamq. pestem, heri uicem mei, **V L T V S** est ipse sepe: & se ipse puniuit, poenas ipse sibi eas intulit, quas inferre nos debuimus. **N E libertatis quidem** ut ei ne liberum quidem sit in publico uersari; uel quod scelus aliquod insigne committere uoluerit: uel quod reuocatus in iudicium sit; cum, defendant Scauro, hoc ipso anno, ut Pedianus docet, Quintili menſe absolutus esset. certe cum propter alia flagitia, tum eo nomine inuisum esse optimatibus oportuit, quod tribunus pl. intercesserat, ne consules Marcellinus, & Philippus comitia consularia habere possent. ex quo senatus, ad maiores indicandum, uestem mutauit. epitome Liuiana lib. cv. quo magis haec suspicor ad cum attinere: nam de P. Clodio quidem, Ciceronis, & Lentuli inimico, uix crediderim. non enim hoc in cum conuenit, Nullam sibi libertatis partem reliquit. id enim quale esset, uel ipsius scripta Ciceronis, ad objicendum parati, uel monumenta annalium ostenderent. Porro tantum abest, ut omnes libertatis partes Clodius amiserit, ut etiam pristinam dignitatem retinuerit, quippe qui de petenda suo anno praetura, id est bennio post aedilitatem ab eo gestam, cogitauerit. quod Cicero in oratione pro Milone testatum reliquit. **I N . M E I S** rebus expertum, & quod dixit ep. 5. Te uidere, & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis litteris intellexi. **I N . M O L E S T I A** gaudeo, & Fingura quaedam ex mistione contrariorum orationi uenustatem concilians: quae nisi pluribus ostendatur exemplis, fortasse non facile dabitur imitandi facultas. nobis autem, hunc interpretandi laborem suscipientibus, id maxime propositum fuit, ut adolescentes, pro uiribus ingenij nostri, commodiore quadam quali uia ad aliquam eloquentiae laudem perducerebamus. Duplex igitur haec figura est. aut enim cum significatione doloris, & molestiae, coniungitur gaudium, & consolatio: aut contra, gaudij, consolationisq. significationem dolor, & molestia sequitur. Primum genus hoc exemplo declaratur, In molestia gaudeo. Et ep. 14.lib. 2. ad Q. Fr. Se effecturum, ut ego in medio dolore, ac desiderio tui, te, cum a me abesses, potissimum secum esse laetarer. Nec dissimile illud ep. 6. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod ualde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas. Aut illud

ep. 15.lib.1. ad Atticum: In ista incommoditate alienati illius animi, & offensi, illud inest tamen commodi. Aut ep. 26.lib.1. In maximo meo dolore, hoc solatio utor. Alterum genus agnoscitur ep. 21.lib. x v. Sed tamen, in ea uoluptate, hunc accepi dolorem. Ep. 8.lib. xvi. In magna consolatione, ingens inest sollicitudo. Ep. 9.lib.2. ad Q. Fr. Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc aspersit molestiae. Pertinere uidetur ad hoc genus & illud ep. 16.lib.2. Haec adspersi, ut scires, me tamen in stomacho solere ridere.

Non. ita magna mercede, quod explanauit ep. 6. Minore in re uiolatur tua dignitas, quam mea salus afflita sit. & ep. 7. Multum interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur. **M**aximo dolore, afflita salute, cum electus patria sum. **D**e. **Q**uia ratione, ut intelligas, quam incerta sit hominum fides, quae me causa de ueteri illa mea, diuturnaque sententia prope iam depulit, & cum inimicis in gratiam reduxit. Hoc Cicero significat, ut consilii sui mutationem, cuius causam Lentulus quaesierat, excusat. **C**um **C**aesare, & cum **A**ppio, quos antea inimicos diuersis nominibus habuerat, Appium, P. Clodij, fratri sui, gratia; Caesarem, quod in quadam iudicio, de statu temporum paullo liberius locutus, eius animum offenderat. de quo Suetonius haec: Cicerone in iudicio quadam temporum statum deplorante, P. Clodium, inimicum eius, frustra iam pridem a patribus ad plebem transire conantem, eadem die, horaq. nona traduxit. Idem ipse confirmat in oratione pro domo: Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio, cum C. Antonium collegam meum defendenter, quaedam de rep. quae mihi uisa sunt ad illius miseri causam pertinere. haec homines improbi ad quosdam viros fortes, longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. Et in oratione de prouincijs: Traduxit ad plebem inimicum meum, siue iratus mihi, quod me secum ne beneficijs quidem uidebat posse coniungi, siue exaratus. Idem Plutarchus, Dio, alij. **E**sse in graia, audierat Lentulus, Ciceronem de commodis, & ornamentis Caesaris maxime omnium in senatu laborasse. decreuerat enim ei sua sententia supplicationes quindecim die rum, quod ante contigerat nemini; stipendium, & decem legatos: praeterea, cum de successione Galliarum ageretur, luculentam habuerat de conferuanda Caesari utraque Gallia orationem, quae nunc exstat, inscripta, De prouincijs consularibus. **T**e **Q**. **I**d non reprehendere, offendus Lentulus ijsdem, quibus Cicero, uitij optimatum, inuidia scilicet, atque obrectatione, nouam Ciceronis cum inimicis coniunctionem, maximeq. cum Caesare, populi gratia florentissimo, non improbabat. Scriperat enim ad eum Cicero cum alia de amicorum perfidia, tum illud epist. 7. In te homine omnium nobilissimo, similia inuidorum uitia perspexi. **V**ATINIVM, quem maxime oderat, & reip. causa, & sua: quod primum tribunus pl. contra senatus uoluntatem multa commiserat; deinde testimonium dixerat in P. Sextium, cuius in primis opera Cicero in patriam redierat. Exstat in Vatinium oratio. **D**EFENDERIM, defendit rogatu Caesaris: ut infra. ipse etiam Vatinius ep. 9. lib. v. defensum se a Cicerone, eiusq. patrocinio periculum eua sisse significat. Valerius Max. lib. iv. cap. 2. Cicero P. Vatinium, dignitati suae semper infestum, duobus publicis iudicijs tutatus est. **L**AVDARI M., defendebant reos patroni, laudabant uiri nobiles, ut eorum auctoritas ac testimonium quasi commendaret eos iudicibus. paullo post: Cum Pomponius, ut laudaret P. Sextium, introiisset in urbem. Et M. Scaurum, quem Cicero defendit, laudatum a nouem consularibus, in Asconio legimus. **E**GO M.E., haec tota narratio ad cuitandam leuitatis, & inconstantiae culpan pertinet. ostendit enim Cicero, se in patriam rediisse ita animatum, ut & cum quibus, & contra quos antea, cum ijsdem, & contra eosdem in capeienda rep. sentiret; sed eum sibi animum, eamq. sententiam inuidia, & obrectatione quorundam sibi esse erexit. probat hoc exemplis, quod in Sextij iudicio, sedente Cn. Pompeio, non reputans quid ille, aut quid Caesar ueller, contra utrumque suam pristinam dicendi libertatem retinuerit, maxime uero, quod de agro Campano diuidendo sententiam dixerit eam, quae Caesarem, & Pompeium, eius generum, optime de se meritos offendit. **I**N **I**TIO **r**erum, atque **a**ctionum **t**uarum, non, quo primum tempore Lentulus de eo restituendo coepit agere, sed cum primum restitutus est; ut e sequentibus appetat, dicit enim, Initio actionum tuarum, pro, initio redditus mei, qui actio tua fuit. **R**EIP., ut in ea tuenda pristinam consuetudinem seruarem. **Q**uendam, hoc uerbo amoris magnitudo tanta declaratur, quantam uerbis exprimere non licet. sic enim loquimur, ubi conceptam animo sententiam enunciare, atque ostendere pro uoluntate non possumus. ep. 1.lib.2. Incredibilis quedam exspectatio, in hac, infra: Commemoranda quedam, & diuina Caesaris liberalitas. **I**n te ipsum, non solum in reimp. **S**VMMA, ac singularia, possunt enim esse summa, nec tamen singularia. Sunt enim summa, quibus nulla maiora; singularia, quae omnium maxima. **S**TVDA, amorem, & studia nominat, quia nec amorem semper studia comitantur, praesertim summa, & singularia, nec semper studijs amor, praesertim incredibilis, adiunctus est. **D**EBEREM, & hic augetur sententia. dixi, amorem interdum sine studijs esse, studia sine amore: iure igitur utrumque Cicero coniunxit. nunc addo, eum, qui & amet incredibiliter, & ei, quem amat, summe fauac, interdum hoc facere sua sponte, non beneficio adductum: quo minor eum, si ab illa uoluntate discedat, sequitur infamia. maior igitur ab eo exspectanda constantia, qui amat eum, cui plurimum debet; cum intelligat, sibi non inconstantiae modo famam, sed ingrati quoque animi crimen pertimescendum. **M**VLTVM, ADIVVISSET, cum enim omnes magistratus una cum Lentulo de salute Ciceronis promulgarint, in eoq. omnes ordines, hominesq. contendenter, ideo restitutus ab ipsa rep. Cicero uidetur. **C**OMMVNI officio ciuium, erga patriam; cui nascimur, ut dixit Plato. **D**EBILITVM praefitissimum, proprio coniungitur uerbum, Praefto, cum ijs rebus, quibus agendis aut si dei satisfacimus, ut cum aliquid promittitur, aut officio, ut cum patriae, amicis, bonis uiris opitulamur. **H**AC **m**emente **f**uisse, idem erat, si copiam quaerimus, hoc animo, hoc sensu, hac sententia: idem etiam, ut uarietur loquendi genus, hanc mihi menten fuisse: unde illud Sallustianum: Longe mihi alia

alia mens est. **TE.** CONSVIE } per quatuor menses, coq. amplius: redit enim in patriam Cicero
Sextili mense: quod ostendit ep. 1. lib. i v. ad Att. AVDIVIT, } cum sententiam dicerem. non enim
reputans, quid Pompeius uellet, aut sacer eius Caesar, in omnibus meis sententijs de rep. pristinis per-
manebam. **COLLOCUTIONIBVS,** } colloctio, inter duos est; sermo, & inter duos esse, & patere
latius potest. & colloctio sermonem ab arbitris remotum, priuatim, & paullo secreto loco habitum,
uidetur indicare; sermo autem, licet inter duos habeatur, celebri tamen esse loco potest. itaque maior
quædam in colloctione, quam in sermone, res uidetur agi: secreto enim colloquentes, intimum ani-
mi sensum liberius, quam in publico, patefaciunt. **ILLIS,** } ante triennium. consules enim fuerant
post redditum Ciceronis Marcellinus, & Philippus; Pompeius, & Crassus; Appius, & Domitius, quo-
rum pacie peractum esse consulatum, significat in extrema epistola mentio Appij, Lentulo succedere cu-
pientis. **RELIQVA** nostra dignitate, } pertinebat enim ad eius dignitatem, si & donum suum recuperar-
et; & post redditum suum domino pulsus a Clodio, ultorem eius iniuriae senatum haberet; & in damnis rei
domesticæ sarcendiis paullo liberaliorem optimatum voluntatem experiretur. **NON** NUVLLORVM }
eorum, qui de redditu eius laborauerant: quos ita offendit Ciceronis cum Pompeio, & Caesare multis re-
bus declarata reconciliatio, ut alij pristinum studium magna ex parte deposituerint, alij odium etiam aduer-
sus Ciceronem suscepint. cum enim grauissimum, & acerrium eius inimicum, P. Clodium amplexa-
rentur, in manibus haberent, fouerent, ipso praesente oscularentur; argumento id quidem erat, Cicero-
nem eis esse odio; licet palam non profiterentur. Nec dubium est, Catonem, & Bibulum in primis si-
gnificari, qui non modo Caesarem, sed Pompeium etiam, Caesari causa, uechmenter odrant. **DE mo-**
numentis meis } de domo. quae cum Ciceroni sit restituta, quod multis locis constat; possit aliquis quaerere, cur Lentulum dicat adiutum in ea non esse. tollitur dubitato, si restitutam quidem Ciceroni do-
mum intelligamus, partem tamen quandam, in qua suum nomen Clodius inscriperat, non esse restitu-
tam: quam opinionem adiuuant illa, quae sequuntur aliquanto post: Idemq. postea non meum monu-
mentum, (non enim illae manubiae meæ, sed operis locatio mea fuerat, monumentum vero senatus)
hostili nomine, & cruentis inustum litteris esse passi sunt. **C**VM fratre eram domo expulsus; } expulsi erant
fabri de area, in qua domum Ciceronis aedificabant. qua tota de sic ep. 3. lib. i v. ad Att. Armatis ho-
minibus ante diem IIII. Non. Nou. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Catuli, quae
ex S. C. consulum locatione reficiebatur, & ad teatum paene peruenierat. Quinque fratris domus primo
fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata iussu Clodij, inspectante urbe, coniectis igni-
bus, magna querella, & gemitu, non dicam bonorum, quæ, nescio, an ulli sint, sed plane hominum om-
nium. Ex auctoritate senatus } & S. C. factum enim erat S. C. placere domum Ciceroni restitui, por-
ticum Catuli locari. de quo in ep. 2. lib. iv. ad Att. Auctoritatem autem senatus pro S. C. interdum
insurpari, diximus in ep. 2. **RESARCIENDI**S } quod enim Clodius cuerterat, id cum senatus publi-
co sumptu aedificandum censuisset, aestimarunt consules de consilij sententia, quanti fuisset aedium su-
perficies: nequic hoc solum, sed quanti etiam fuissent villæ, Tusculana, & Formiana, euersæ ab eodem
Clodio. quam Cicero aestimationem in domo non improbat, in villis accusat ep. 2. lib. iv. ad Att. Post-
tridie, inquit, S. C. factum est, id, quod ad te misi: deinde consules porticum Catuli restituendam loca-
runt: illam porticum redemptores statim sunt demoliti, libentissimis omnibus. nobis superficiem aedium
consules de consilij sententia aëstimarunt H-S uicies, cetera ualde illiberaliter, Tusculanam uillam quingen-
tis millibus, Formianum H-S ducentis quinquaginta millibus. quae aestimatio non modo uechmenter ab
optimo quoque, sed etiam a plebe reprehenditur. **Q**uæcumque uiderem, neque enim erant obscura; } simi-
liter locutus in oratione pro Sextio: Haec ego cum uiderem: neque enim erant occulta. Et in Agraria II.
Quae cum ego non solum suspicarer, sed plane cernerem: neque enim erant obscura. Imitatus est fortasse
Demosthenem, qui sic in oratione περὶ τὴν εὐεργέτειαν: Τάῦνα ὁ γάρ, (εἰς γῆν ἀποφύγει.) **Q**uam erant
illa grata, } inuitum se de pristina sententia depulsum esse, et, omissa optimatum cauſa, suam uoluntatem,
ad popularium ciuium, optime de se meritorum, dignitatem aggregasse, probat hoc argumento, quod licet
in quibusdam non tam, quam exspectarat, uoluntatem agnoverit, illico tamen de ueteri suorum instituto-
rum cursu ad noua consilia non deflexerit. est enim boni uiri, de rep. uechmentius, quam de suis rebus, ac
de se ipso, laborare. **Q**uæcumque fecerant, } pro salute mea, decet enim, maiorem haberi rationem beneficij,
quam iniuriæ. **TESTE,** qui studium illius in mea salute uideras. **S**ED amore etiam, } non amamus
pariter, quibus debemus, & quos, etiam si nullum ab iis beneficium acceperimus, amando tamen esse iudi-
camus. Amabam, inquit, Pompeium, ante quam ei obligatus essem, iudicio meo, quod habui semper de il-
lius uirtute, permotus. **Q**uid ille ueller, } uolbat idem, quod Caesar, uel affinitatis cauſa, quod eius
filiam in matrimonio habebat; uel quorundam optimatum impulsus iniurijs. de quo sic ep. 8. Dignitas
illa consularis amissa est culpa eorum, qui a senatu & ordinem coniunctissimum, & hominem clarissimum
ab alienarunt. **PRISTENTI**S } quod ante exsulij mei calamitatem senseram, reuersus in patriam idem
sensi. **E**go, } tria ponit exempla, quibus probet libertatem suam in dicenda sententia. **S**ED ENTE
Cn. Pompeio, } in iudicio, cum defendere Sextum Cicero, de iiii accusatum ab Albinouano. existat oratio.
SEXTIVM, } Sextij plebei, Sextij patricij, lapides Capitolini, & nummi ueteres. **I**NTR O I SSET
in urbem, } quod ut ei saluis legibus heret, a senatu impetraverat. alioquin, cum esset cum imperio frumenta-
riae curationis cauſa, urbem introire non poterat. **T**ESTIS VAINIUS, } testis in Sextum; de quo in
oratione, quam in eum Cicero habuit. **A**MICVM esse coepisse, } Marcellino enim, & Philippo eos.
quo anno Sextius de uia causam dixit, decreuit Cicero sua sententia Caesari supplicationes quindecim

dierum, stipendum, decem legatos; ut in oratione de prouincijs. **BIBVLIS** quem Vatinius tribunus pl. & Caesar consul exire domo prohibuerant, ne Caesaris acta impeditret. Cicero, Suetonius, Plutarchus, Appianus, Dio, **O M N I V M** triumphis, uictorijsq. antefere; **3** triumphis Pompej; uictorijs, Caesaris. **E O D E M** teste} Pompeio. **E O S D E M** esse, **3** his uerbis nec ipsi Pompeio pepercit, is enim pro Caesare consule contra Bibulum, cuius collegam, omni non solum studio, sed etiam contentionē dimicauit. Plutarchus, & alij. **I N T E R R O G A T I O** oratio in Vatinium interrogatio est, ep. 4. lib. 2. ad fratrem: Vatinium, a quo palam Sextius oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus. Videtur Vatinius respondisse Ciceroni, nam eius oratio, in qua scurrum consularem Cicero nem uocauit, nominatur a Macrobius lib. 2. Sat. **T L L I V S** tributus; **3** quem gesit Caesare consule. **D E VI**, **3** qua Bibulum obnunciantem foro expulit, atque etiam in uincula ducere conatus est. Cicero, Suetonius, Plutarchus, alij. **D E . A V S P I C I T I S**, **3** quibus neglectis, leges pro Caesare Vatinius tulerit. plena omnis historia. **D E . D O N A T I O N E** regnum, **3** puto id significari, quod in oratione in Vatinium ita scriptum est: Volo uti mihi respondeas, feceris ne foedera tribunus pl. cum ciuitatibus, cum re-gibus, cum terrachis? **H A C** in causa} P. Sextij. **I N . S E N A T V**, **3** cum sententiam diceret. **M A R C E L L I N O**, & Philippos eos, **3** suspicor hoc abundare. cur enim annus nominibus consulum notetur: cum & haec proxima superiora eodem anno dicta sint? **N O N I S . A P R.**, **3** de quo sic ep. 5. lib. 2. ad fratrem: Nonis Apr. uehementer aetum de agro Campano, clamore senatus prope concionali. **D E . A G R O** Campano referetur, **3** hoc Caesari ac Pompeio uehementer displicuisse, ex ijs, quae Cicero subiungit, licet intelligere. si causa queritur, haec est. legem tulerat Caesar in consulatu de agro Campano diuidendo, diuisitq. extra sortem uiginti millibus ciuium, quibus terni, pluresue liberi essent. quod ex Tranquillo cognoscitur. Quid igitur de agro Campano, siquidem diuisus iam erat, referri ad se natum opus erat? dicam quod sentio. Duae partes erant agri Campani, una publica, de qua Suetonius, Agrum inquit, Campanum, ad sublidae reip. uestigalem relictum, Caesar diuisit extra sortem uiginti millibus ciuium, quibus terni, pluresue liberi essent. Altera, quae possidebatur a priuatis, quam emi pecunia publica, & plebi item diuidi Caesar uoluerat. atque hanc agri Campani partem cum in oratione in Rullum Cicero significat, ubi de priuatis agris, in publicum Campanum incurrentibus, loquitur: tum uero planissime in oratione pro domino his uerbis: Quis illam optimam, fertilemq. Syriam, quis bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam, ad emendos agros constitutam, ereptam ui ex Caesaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit? Inuchitur in Clodium, qui pecuniam illam, qua emi a priuatis agri Campani partem lex Julia iubebat, ex aerario sumptam Gabinius dederat. Nec uero Gabinius tantum, sed eius etiam collegae Pisoni partem eius pecuniae Clodius largitus erat. qua de re sic in oratione in Pisonem: Cauerat sibi ille sororius adulter, ut, si tibi prouinciam, si exercitum, si pecuniam, ereptam ex reip. uisceribus, dedisset, omnium suorum scelerum socium te, adiutoremq. praeberes. Vocat ereptam ex reip. uisceribus pecuniam, quam in oratione pro domo, ereptam ui ex Caesaris rebus actis. Eodem spectat illud in ep. 5. lib. 2. ad Fratrem: Acriorem causam faciebat inopia pecuniae. Et ep. 17. lib. 2. ad Att. **Quid ager Campanus**, quid effusio pecuniae significant? Erogandam enim fuisse pecuniam in agri Campani emptione, utrobique ostendit. Hacc igitur pars agri Campani, cuius diuisio publicam pecuniam requirebat, Caesar consule, qui legem tulit, diuisa non est: nec diuisam puto ante ciuile bellum. Sribit enim haec Coelius Ciceroni, belli ciuilis initio. Illud addo ad actiones C. Curionis, de agro Campano: de quo negant Caesarum laborare, sed Pompeium ualde nolle; ne uacuus aduentus Caesaris patet. Suspicor autem diuisiōnem illam ante Caesari necem non esse factam. sunt enim haec in epistola D. Bruti, scripta Caesare mortuo: Quattuor legionibus ijs, quibus agros dandos censuisti, video facultatem fore ex agris Sullanis, & agro Campano. Sed queritur, cur eo usque producta diuisio sit. Quia, cum Caesar leges, Bibulo de caelo seruante, contra auspicia tulisset, eius acta non libenter senatus comprobabat. nihil enim, cum de caelo seruaret, agi cum populo poterat. abundantus exemplis, uel ex ipso Ciceronе, uel ex veterum annalibus. Dixerat igitur hanc sententiam Cicero, ut idibus Maij de agro Campano, frequenti senatu, referetur. quia sententia Pompej, & ijs, qui Caesar studebant, iniectus timor est, ne de infirmandis omnibus eius actis in senatu ageretur: quandoquidem saluis auspicijs nihil egerat, Bibulo de caelo seruante. Nec uero primus Cicero post Caesarem consulē agendam agri Campani causam censuit; nam P. Lentulo, & Q. Metello cos. in extremo anno, Lupus tribunus pl. de agro Campano retulerat: ut patet ex ep. 1. lib. 2. ad Q. fr. Eius autem agri diuisiōnem diuibus de causis improbabant boni viri; primum quia legem illam Caesar contra auspicia tulisset; deinde, quia pecunia publica, cuius inopia magna erat, eni agrum Campanum ex illa lege oportebat. **F R E Q U E N T I . S E N A T V**, **3** ut S. C. fieri posset contra Caesaris legem de agro Campano diuidendo. certus enim erat senatorum numerus; qui si non adesset, S. C. fieri leges uetabant. Vnde illud M. Fulvij contra M. Aemilium, lib. xxxix. apud Livium: Qui per infrequentia S. C. factum ad aerarium detulerit. Fettus: Numera senatum, ait quiuis senator consuli, cum impiamento uult esse, quo minus faciat S. C. postulatq. ut aut res, quae adferuntur, diuidantur, aut singuli consulantur; aut, si tot non sint senatores, quo numero liceat praescrivi S. C. Legimus etiam apud Pedianum C. Cornelium trib. pl. legem tulisse, ne quis in senatu legibus solueretur, nisi ducenti affuerint. Quod si quis necessarium S. C. conficiendo senatorum numerum scire uelit, Dionem consulat, cuius sunt uerba lib. liv. Augustus, cum uideret, frequentes non semper conuenire senatores, decreuit, ut a paucioribus, quam quadrageantib, S. C. fieri possent. Cum antea nisi quadrageanti affuerint, rata non essent. **I D I B U S . M A T I**, **3** quo tamen die relatum non esse, sribit ipse ad fratrem ep. 7. lib. 2. **Quod, inquit,**

quit, idibus, & postridie fuerat dictum, de agro Campano actum iri; non est actum. Ideo autem eo die, ut senatus decreuerat, de agro Campano non est actum, quia sententiam Cicero mutauit: quod indicant ea, quae sequuntur. **N**VM. **P**O **T**VI. quis non uidet, maiorem in sententia uim esse, si a particula, Num, incipiat, periodum claudente interrogandi nota, quam si a Non, sine eadem nota? & haec uis hic maxime requiritur, ubi se Lentulo, tamquam bonum ciuem, nec exsulij mutatum calamitate, iactans, actiones pro rep. suas extollit. Eadem uis agnoscitur lib. I. de Orat. Num quod eloquentiae uestigium appetet? pro, Nullum prorsus eloquentiae uestigium appetet. quod idem erat in sententia, sed, ut patet, languidius. Hacc, in re satis nota, tamen dixi: quia nonnullos dubitare audio, utrum rectius, Num, an Non. **M**A**G**I**S** in arcem illius caussae inuadere, magis aduersari Caesaris, ac Pompeij voluntati. translatione usus est, ad indicandam animi sui fortitudinem accommodata. nemo enim, nisi fortis, & constans, in arcem inuadit. **T**E**M**P**O**R**V**M meorum, quae monere uidebantur, ne quid contra potentium voluntatem agerem, quod cum ante fecisset, cum P. Clodio ad perniciem meam conspirarunt. **A**C**T**T**O**N**V**M. ueterum actionum pro rep. cum quibus consentire uidebatur sententia Ciceronis de agrō Campano dicta, nulla eorum ratione habita, quorum ope restitutus erat ab exsilio. **Q**V**O**R**V**M numquam putaram. Pompeium significari, satis constat ex ijs, quae sequuntur. **C**VM nihil mihi ostendisset se esse offendit, nec enim, quid sentiret, Pompeius ostendere solitus est. ep. 5. Nostri hominis tarditatem, & taciturnitatem. ep. I. lib. IV. Solet aliud sentire, & loqui. **I**N. **S**ARD**I**N**I**A, & in Africam. ut frumentum ad urbem conuenienter curaret: quam potestatem ex S. C. & lege ei mandatam esse, iam diximus. ep. I. lib. IV. ad Att. **L**VCAM. extremum opidum Galliae Cisalpinae, quae Caesaris imperio cum Transalpina, & Illyrico regebatur. ad mare inferum Luca fuit, ad superum Rauenna. ad utrumque igitur, saluis legibus, Caesarem uenisse constat. quod si citra Lucam, & Rauennam aliquod opidum eius prouinciae fuisset: quis dubitat, quin eo uenturus fuerit, ut cum Craffo & Pompeio maximis de rebus loqueretur? Haec qui ambigit, idem, ut meridi lucere neget, adduceatur. **V**ENIT. antequam in Sardiniam proficiseretur. sic enim itineris ratio postulat: patet etiam in sequentibus. **A**. **C**RASSO. cuius defensionem pro Gabinio Cicero ferre non potuerat. Infra: Cum me disputantem, non laessentem, laefisset; exarsi. **I**N. **S**ARD**I**N**I**A. quae ro, quid hoc tempore negotij gereret in Sardinia Q. Cicero. an propractor eam regebat? non uidetur, neque consentaneum est; cum Asiae iam triennium praefuisse, puto igitur eum iuisse in Sardiniam, ut frumentum curaret, missum a Pompeio legationis nomine. nam & Pompeius, annonae praefectus, quinde cim legatos, frumentariae curationis caussa, postulauerat a senatu; quod in ep. I. lib. IV. ad Att. legimus; & eos confessim circa prouincias, conquirendi frumenti gratia, dimisit: quod Appianus lib. 2. bel. ci. scriptum reliquit. ueri autem simile uidetur, cum Pompeius in his legatis principem nominauerit M. Ciceronem, id ab eo munera recusatum esse, & in Quintum fratrem esse translatum: qui nauigavit in Sardiniam Decembri mense: quod significat ep. I. lib. 2. ad eum, in extremo. congruent igitur tempora, dismissi hieme legatis a Pompeio ad regiones frumentarias, & Quinto Cicero Decembri mense in Sardiniam profecto. Praeterea uidetur omnino cum aliqua potestate Quintus in Sardinia fuisse: quod ut sentiam, facit illud in ep. 5. lib. 2. ad eundem: Quosdam uenisse Olbia dicebant, qui te unice laudarent, plurimiq. in prouincia fieri dicenter. Et in eadem epistola uerba sunt, quae Luccium Quinto successisse demonstrant; quod ea potestas, non, ut aliae a senatu, uel a populo datae, certum tempus ac definitum haberet, sed Pompejum daretur, tum auferretur arbitrio. Luccium, inquit, uidere nolbam, quod in Sardiniam iter habebat, hominem conueni; & ab eo petui, ut quam primum te nobis redderet. statim, dixit. Tu, mi frater, simul ac ille uenerit, primā nauigationem, dummodo idonea tēpestas sit, ne omiseris. **T**E, **I**N **Q**UIT, **i**psum **c**upio; lector admonendus, quod pertinet ad usum Latinae linguae, nec Ciceronē, nec Terentium, nec omnino quemquā reip. temporibus, Inquir, usurpari, nisi praeposito aliquo uerbo. quod non attigissimum, nisi peccare in hoc saepe non obscuri nominis homines animaduerterem. **D**E**P**E**N**D**V**M **t**ibi **e**s. propria persolunda. ductum ab aeris grauis dependendi, id est, persolundi, more prisco, antequam pecunia signaretur. Plinius lib. XXXII. cap. 3. **S**PO**P**OND**I**S TUI. receperat enim Pompeio Quintus Cicero, si Marcus frater in patriam ab exsilio reuocaretur, operam eum daturum, ut Caesaris acta a senatu confirmarentur, nec omnino quidquam, quod aut ipsi Pompeio, aut Caesaris displiceret, esse facturum. docent hoc ea, quae sequuntur. **Q**UID **m**ulta? cum rem conferre uolumus in pauca, uti uim hoc loquendi genere, quid multa? quid plura? quid quaeris? quid multis opus est? quid pluribus opus est? quid uerbis opus est? & sine interrogandi nota, ne multa, ne multis, ne plura, ne pluribus, ne te multis morer, ne te multis teneam, ne sim longior; & quod est in ep. 4. lib. IV. Noli quaerere: quaeq. praeterea in suas elegantias collegit Aldus filius. **Q**V**E**S**T**V**S** est grauitate? quod in Caesaris iniuria se quoque laedi putaret, uel propter affinitatem, uel communis potentiae caussa. **S**V**A** merita in Marcum quidem Ciceronem praecepue, quem in patriam cum Lentulo consule reduxerat, sed forfasse etiam in ipsum Quintum; quem suisse tum ipsius Pompeij legatum in Sardinia suspicamus. **D**E **a**ctis **C**aesaris. ut ea, quae consul Caesar, aduersante, ac de caelo seruante collega Bibulo, egerat, Ciceronis restituti sententia confirmarentur. quod cum Pompeio Quintus promisisset, non praestare fidem eius Marcus frater in ea sententia de agro Campano uisus est. Eadem causa Caesarem adduxit, ut ejici a Clodio Ciceronem patrentur, de quo sic in oratione pro Sextio: Illi, aliquorum timore perterriti, quod acta illa, atque omnes res superioris annilabefactaria praetoribus, insurmari a senatu, atque principibus ciuitatis putabant, tribunum populariem a se alienari noblebant, suaq. sibi propiora pericula esse,

quam

quam mea, loquebantur. Et in eadem de prouincijs: Ecce illa, illa tempestas, caligo bonorum, & subita, atque improuisa formido, & terror injectus Caesaris de eius actis, mictus caedis bonis omnibus. VOLUNTATE Caesaris egisse, & hac de re sic in oratione de prouincijs: Cn. Pompeius mihi testis de uoluntate Caesaris, & sponsor est illi de mea. NON POSSIM: quod sensum confirmatum deponere difficultimum esset. VIBULLUM: Q. Vibullium, praefectum fabrum Pompej ciuii bello, cuiusdemq. copiarum ductor, ep. 2. lib. ix. ad Att. & ep. Pompej ad Ciceronem eodem libro, & ep. Caesaris lib. ix. ad Att. idemq. lib. 1. bel. ci. INTEGRVM: ne quid agerem. Vbi enim coepta res agi, non amplius integra uidetur, sed tamquam immunita, detracta scilicet ea parte, quae confecta iam est. Coelius ep. 6. lib. 1. ix. De Dolabella integrum tibi referens, suadeo. RESERVAREM: reseruauit: ut ep. 7. lib. 2. ad fratrem demonstrat: & hic in sequentibus non obscure cognoscitur. COLLEGI ipse me, & ut accuratius de officio meo, mecum ipse considerarem, quasi animum collegi. Hoc loquendi genus ipse interpretatur in Tusc. IV. Quid est, inquit, se ipsum colligere, nisi, dissipatas animi partes in suum locum cogere? Sic ep. 10. lib. 11. Eti grauiter primo nuncio commotus sum; tamen, ut me collegi, cetera mihi facillima uidebantur. Ep. 18. lib. v. Rogo, atque oro, te colligas, uitiumq. praecreas, &, qua condicione omnes homines, & quibus temporibus natu sumus, cogites. Et ad Att. ep. 34. lib. xii. Etsi minus urgeor, meq. ipse propemodum collegi: tamen indigeo tui consilij. Ad eundem ep. 21. lib. xv. Tum me collegi, uerens ne quid, mihi ille iratus, tibi noceret. Ad M. Brutum ep. 13. Iudicium tuum magni aestimans, idq. ueritus, me ipse collegi. CVM. IPSA quasi rep. sum collocutus; & quasi sum collocutus cum ipsa rep. non enim reuera colloquiuuntur cum rep. sed ipsa cogitatio colloquij similitudinem habet. PERFUNCTO, sic ep. 8. Perfuncti laboribus maximis. Nec abhorret ab usu Latini sermonis, si, Perfuncti, referas ad. Multa: cum Terentius quoque dixerit, Functus est officium boni adolescentis. QVEM bonum ciuem semper habuisse, bonum uirum esse pateretur. & in optima rep. nihil inter bonum ciuem, & bonum uirum interest, docet Aristoteles pluribus uerbis lib. III. Polit. nam in rep. optime instituta nihil est utile, quod non honestum. itaque bonus ciuis ab officio boni uiri discedere non cogitur. Hic autem Cicero bonum ciuem a bono uiro distinguuit, quia patriae simul & amicitiae satisfacere non possit. uerum, duobus propositis honestis, minori maius preferendum esse quis dubitet? maior igitur patriae, quam amicitiae, habenda ratio est. quod ipse lib. III. Off. declarat. Quae uidentur, inquit, utilia, honores, diuitiae, uoluptates, & cetera generis eiusdem, haec amicitiae numquam anteponenda sunt. at neque contra remp. neque contra iusurandum, ac fidem, amici sui causa uir bonus faciet. Quamquam, cum dicat, Bonum uirum esse pateretur, quasi gratiae loco postulat ab ipsa rep. quod ab eius rationibus alienum esse, id est quod officio boni ciuii aduersari non ignorat. Eadem sententiam in oratione pro Plancio posuit his uerbis: Res uero ipsa publica si loqui posset, ageret mecum, ut, quod sibi seruissim semper, numquam mihi, fructus autem ex se, non, ut oportuisset, laetus, & uberes, sed magna acerbitate permisso tulisset; iam mihi seruirem, consulerem meis. IN. ILLIS autem meis actionibus, haec tenus ostendit, se & Pompej causâ, cui debaret plurimum, & fratri sui fide, quam Pompeio de se dederat, adductum esse, ne quid amplius contra Caesaris uoluntatem moliretur: nunc alteram caussam affert, cur a sua sententia discesserit, malevolentiam, & obtrecentem quorundam optimatum. VIDEANTUR: quia, quod ad Caesarem attineret, simul ad Pompeium, Caesaris generum, attinere uideatur. CERTORVM hominum, Catonem in primis, Bibulum, L. Domitium, Caesaris inimicos, describit: de quibus infra: Quidam homines, & iudem illi, quos saepe nutu, significationeq. appello, cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, meq. tum denique sibi esse usum recip. qualis fuisset, restitutum; gaudere se dicebant, mihi et illum inimicum, & eos, qui in eadem causa essem numerum amicos futuros. Eosdem in oratione de prouincijs designat. A uiris fortissimis, & de me optime meritis quibusdam peto, ut, si ego illos meorum laborum, & incommodorum participes esse uolui, ne illi me surarum inimicitarum socium uelint esse. NON satisfacere Pompeio, quia meas actiones, ac sententias ad illius uoluntatem, de socii potentia laborantis, parum accommodarem. Dicit idem ep. 5. lib. iv. ad Att. Quibus sententiis dixi, quod & ipsi probarent, laeti sunt tamen, me contra Pompej uoluntatem dixisse. ERAT hoc mihi dolendum; mouebat fratri mei fide, Pompej uoluntate, certorum hominum malevolentia: sed ea me res ad consilii mutationem grauissime impulit, quod iudem illi, quibus actiones meae pro rep. probabantur, inimicum non modo meum, sed legum, iudiciorum, otij, patriae, bonorum omnium, me praesente oscularentur, mihi ut stomachum facerent, de patria, deq. ipsis optime merito. INIMICVM meum, P. Clodium: quem oderant antea, post, cum ille Caesaris acta coepit oppugnare, diligere cooperant. de quibus in oratione de prouincijs, Leuissime, inquit, feram, si forte hoc aut jis minus probaro, qui meum inimicum, repugnante uestra auctoritate, texerunt; aut ijs, si qui mecum cum inimico suo redditum in gratia uituperabunt; cum ipsi & cum meo, & cu suo inimico in gratia non dubitauerint redire. MEVM autem, idem erat, Vel potius: sed usus est co correctionis genere, quod indignationem praefecit. SIC amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic, me praesente, osculabantur, augent singula, & familiaritatem, ac benevolentiam quoque declarant. STOMACHVM facerent, iram commouerent; locus pro locato. stomachus enim ira sedes est. FVNDEITVS perdidit, plane mihi impero, ne qua omnino re irascer. Dolebam, inquit, non irascer. Hanc sibi laudem adsciscit Cicero in epistola ad Caerelliam: ex qua recitat haec uerba Quintilianus lib. vi. cap. 4. Haec aut. animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. HIC EGO, quarta ratio ad tuendam consilij mutationem: quod se non cum improbis, ac perditis ciubus, sed cum optime de rep. meritis coniunxit.

Hic,

Hic, rationem temporis, non locum, ut alibi, notat: perinde ac si dixerit: Quae cum ita se haberent. usurpatur de re praesenti ep. 15. lib. v. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominum, fori, curiae? De praeterita autem re, in ep. 8. lib. III. Hic ego multa simul cogitau. **H V M A N O** consilio; quantum homini licuit, non enim, ut omnia circumspiciantur, hominis natura patitur. **C I R C U M S P E C T I S** rebus omnibus, probat id, quod dixit: Non illi quidem ut mihi stomachum facerent. nam si stomachum fecissent; statim iracundia praeceps, nihil de boni cuius officio cogitans, ad noua capessendae reip. consilia delatus esset, uerum tanti non fuit iniuria, ut suscep tam ab adolescentia sententiam temere proijiceret. circumspexit prius omnia: rationes pro utraque parte subduxit: quarum summa facta, cognouit, plures esse causas, quae ad Caesaris, Pompeijq. coniunctionem, quam quae ad defendendas optimatum partes hortarentur. in Caesare enim, & Pompeio praeclidi plurimum sibi contra suos inimicos paratum uidebat: in optimatibus uero nihil fidei, nihil expertus erat constantiae. **E T . P E R D I T I S**; sunt enim quidam ita improbi, ut perdit iamen non sint: perdit uero, quorum ita mens a recta ratione discessit, ut ad sanitatem redire iam non posse uideantur.

R E M P. teneri; uarie diuersis locis explicat hanc sententiam. Ep. 8. Res communes in amicorum nostrorum potestate sunt. In eadem: Qui potiuuntur rerum. Ep. 7. lib. IV. Qui tenet remp. Ep. 8. eiusdem lib. Qui omnia tenet. Ep. 9. ibidem: Omnia delata ad unum sunt. Ep. 13. ibidem: Qui plurimum potest. **M E I S** temporibus; Cinna, Maria, Sulla dominantibus. **N O N N U L L I S** alijs; cum decemui remp. tenerent. **N O N . M O D O** praemjis, quidam hoc loquendi genus imperfectum iudicarunt; quod, Non modo non praemjis, & apertius, & usitatiu esse uideretur. nos, & auctoritatem ueterum librorum, & Ciceronis consuetudinem secuti, omnino legimus, Non modo praemjis. ualeat enim idem, quod, Non modo non praemjis: ut sit, Non modo, pro Nedum. exempla sidem facient. ep. 17. lib. ix. Hoc tamen scito, non modo me, sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit. Quo item loco, Non, inculcatum erat, contra ueteres libros. Sic & ep. 16. lib. 2. ad Att. Qui mihi non modo praemjorum sed ne sermonum, quidem umquam fructum ullum, aut gratiam retulerunt. In quo animaduertendu, Praemiorum, sermonum, pro Praemjis, sermonibus, usurpatum esse. Ep. 6. lib. x. Regnum non modo Romano homini, sed ne Persac quidem cuiquam tolerabile. Et ep. 24. lib. xi. Mihi non modo irasci, grauissima iniuria accepta, sed ne dolere quidem impune licet. Lib. 1. de Oratore: Neque solum infidentiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Et in oratione 2. in Rullum: Si, non modo dena iugera dari uobis, sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum, intelligitis: tamen ne uexari remp. contemni maiestatem populi Romani, de Iudi uosmet ipsos diutius a tribuno pl. patiemi? **T U S C . 1.** Mortuorum, non modo uitae commodis, sed ne uita quidem ipsa quisquam caret. **T U S C . 5.** Tertias, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus ejciendas putauit. & non modo non necessitatem. Suspiceret & Coelium ep. xi. lib. lxx. scripsisse, Non modo fecit: quod est in perulgatis libris, Non modo non fecit, nam a plerisque abest antiquis libris alterum, Non. Varro lib. lxx. lin. Lat. Dicam de uniuersa analogia, cur non modo uideatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodam modo sequenda. Atque in his, quae recitau, locis, Non modo, usurpatum uidetur pro Nedum. Eadem loquendi consuetudo agnoscitur in Graecis. nam Isocrates in oratione, quae πλαταιχος inscribitur: Οὐχ ὅπως τῆς κοινῆς ἐλεύθερος μετέχομεν, αλλ' ὅνδε δὲ λίας μετριας μητριας τυχαῖς. Et in eadem infra. **F O R T I S S I M I** niri; manifestis enim periculis non moueri, temeritatis est, non fortitudinis: quod a sapientissimis proditum. **A D . E O R V M** caussam me adiungerem, cum ijs in rep. non consentirem, non sequerer eorum sententiam, meam uoluntatem ad eorum dignitatem non aggregarem. **C N . P O M P E I U S**; arguit a Pompej uirtute, summisq. in remp. meritis: a Caesaris uetere amicitia, & erga se, fratremq. suum liberalitate: ab ipsa rep. Caesaris rebus gestis uehementer aucta: a Pompej, fratrissq. sui fide: a Platonis auctoritate: a sua calamitate: ab optimatum quorundam inuidia, & inconstantia: a ratione temporum. quae subiungit deinceps omnia diligenter, famam ueritus improbitatis, non modo leuitatis, & inconstantiae, praeferit apud Lentulum, bene erga remp. animatum. **P R I N C E P S** effet, pro Plancio: Ego Cn. Pompeium non tuear, quem omnes in rep. principem esse concedunt? Princeps autem eo facilius in rep. Pompeius, quia Caesar & Crassus aberant, hic in Parthis, ille in Gallia bellum gerens. **R E B V S** gelis; maioribus, quam superiorum omnium: ter enim triumphauerat, ex tribus orbis terrae partibus, Africa pri- mium, deinde Europa, postremo Asia, Mithridate uicto. **I N** praetura, & in consulatu; practor Maniliam rogationem suscit, ut Pompeio Mithridatici belli cura mandaretur, exstat oratio, consul cum alijs eum ornauit officijs, tum etiam, quod retulit de supplicationibus decernendis, rep. Mithridatico bello felicissime gesta. Me consule referente, ait in oratione de prouincijs, primum decem dierum supplicatio decreta Cn. Pompeio, Mithridate interfecto, confectoq. Mithridatico bello; meaq. sententia primum duplicita est supplicatio consularis. mihi. n. estis assens, cum, eiusdem Pompeij litteris recitatis, confectis omnibus maritimis, terrestribusq. bellis, supplicationem dierum xii. decreuistis. Et ep. 4. lib. III. ad Q. Fr. Ille, cum a me singularibus meis studiis ornatus esset, &c. **A V C T O R I T A T E**, non potestate. priuatus enim, cum a ctum est de redditu Ciceronis, Pompeius erat. sic in oratione pro Milone: Cn. Pompeius auctor, & dux mei reditus. Et in oratione pro domo: Hic, tibi, Lentule, grauissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit. Auctoritatem etiam Lentulo tribuit in oratione pro Sextio, cum designatus consul sententiam in senatu dixit de Cicerone reuocando. **S E N T E N T I A**; quam dixit in senatu de redditu in eo. In oratione pro Milone:

Cuius

Cuius sententiam senatus omnis de salute mea grauissimam, & ornatissimam secutus est. Pro domo: Hic in senatu princeps sententiae fuit. M^e adiutor; & in recuperanda salute. HABERET inimicum: } pulso Cicerone, omnem suam uim contra Pompeij, Caesarisq. potentiam Clodius conuertit. Quod autem iterauit Inimicum, non auribus modo, uerum etiam sententiae consuluit, cuius augeri uim, iterato uerbo, apte tamen collocato, plane constat: nam si loco moucas, Inimicum, frigebit. QVI BVS-
D A M in sententijs paulum } non in omissis, sed in quibusdam, nec omnino, sed paullum. IMMV-
T A S S E M, } minus est, quam, Permutassem, aut Commutassem. SVMMI uiri, } quaerit excusatio-
nem artificio quoque uerborum. minuit enim iam suum factum, cum dixit, Quibusdam in sententijs,
paullum, immutassem. hic autem facti cauillam studiose auger, cum inquit, Summi uiri, de me optime
meriti, dignitatem: quae mouent singula. IN. CONTVNCTA & cauilla, & dignitate. } res enim utrius-
que communis agebatur; cum & superiora communi consilio gessissent; & utrique non publica libertas,
sed immoderata ipsorum potentia proposita esset. quod si communis corrumpa; sequitur, ut commu-
nis item eorum dignitas sit. itaque aggregare suam uoluntatem ad Pompeij dignitatem Cicero non pote-
rat, nisi iunctum cum eo Caesar complectetur. VBTVS amicitia, } de qua sic in oratione de pro-
uincijs: Tempus illud familiaritatis, & consuetudinis, quae mihi cum Caesare, quae fratri meo, quae
C. Varroni, consobrino nostro, ab omnium nostrum adolescentia fuit, praetermitto. HVMANITAS eius, ac liberalitas, } humanitas potest esse in uultu, & uerbis, nullis praeterea officiis:
liberalitas sine officio numquam est. utraque laude Caesar excelluit. infra: Sic enim te existimare
uelim; cum a uobis, meae salutis auctoribus, discesserim, neminem esse, cuius officijs me tam esse de-
uinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam. LITTERIS, & officijs } litteris ad M. Ciceronem
missis, officijs in Quintum collatis: qui tunc erat Caesaris legatus in Gallia. infra, & ep. ultima lib. 1 v.
ad Att. Quintum meum, dij boni, quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia: non secus, ac si ego
essem imperator. MAXIMIS rebus a Caesare gessis, } Caesaris hic, non Pompeij, mentionem facit;
quod ad eum praecipue Campana cauilla pertinebat: is enim consul de agro Campano diuidendo legem
tulerat. GRAVISSIME autem me in hanc mentem impulit } animaduertenda copia, qua usus est
in augenda sententia: tres enim quasi gradus esse video, primum, Multum ualuit uetus amicitia: al-
terum, Vehementer res ipsa publica me mouit: tertium, Grauissime autem me in hanc mentem im-
pulit & Pompeij fides, & fratribus mei. nam, Impulit, plus est, quam, Mouit, quod iam dixerat.
CAESARI debeat, } cum ei pollicitus est, me, si restituerer, eius actis aduersarium non futurum.
APVD Platonem } Platonis uerba sunt haec lib. IV. de legibus: Μηδές ίμα, παθετώ, ω̄ αἰλοι, ἀλλυθάτ-
τον, καὶ δύο μεταβολαὶ τὸ πότε πόλιν, καὶ τὸς νέφες, ὑπὸ τῆς διωσεύστων θεονοί. Quorum uerbo-
rum sententiam Cicero satis plane, sed more suo liberius exprescit. QVALES in rep. principes } quales
iij, qui remp. gubernant. In oratione pro Sextio: Nihil est, quod populus a delectis, principibusq. dissen-
tiat. De summis autem ciuitatis uiris, non de ijs, qui singulari dominantur imperio, intelligendum esse,
ostendit ipse, qui si hunc locum interpretans, lib. I I. de Legibus. Licet, inquit, uidere, qualescumque
summi ciuitatis uiri fuerint, talem ciuitatem fuisse: quaecumque mutatio morum in principibus exstiterit,
eandem in populo securam. Similiter & Xenophon lib. I I X. de Cyri disciplina: Οποῖοι τίνες ἀοι προσά-
ται ωσι, τοιστοι καὶ οἱ νέποι ἐπιτοπολὺ γιγνονται. Et Isocrates εὐτῷ πρότε Νικοκλέα, πεζοὶ τῷ Σασ-
λίῳ: Τὸ τῆς πόλεως οὐλοῦ θόρος ὁρούται τοῖς ἀχετοῖς. Idem in ea, quae inscribitur, Νικοκλῆς: Φιλέτο τῷ
θῷ εὐτῷ τοῖς ἐπιτηδέωροις τοῖς ἀχετοῖς. Et in Areopagitico: Τοτες οὐληιον εσεοθαι κατέστησαν, διόπεις οὐλοῖς οι τῷ πραγμάτων ἐπιστήτες.
Et in Ecclesiastico: Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Idem agnoscitur in omni discipli-
na, & arte, praescirtim in re militari, bonum enim, malum ue ducem in utramque partem milites imitantur.
de quo Sallustius in Iugurtha: Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia reliqui a Bestia exercitu prae-
rant, secuti morem imperatoris sui, plurima & flagitiosissima exitia fecere. TALES reliquos solere esse
ciues. } ex quo intelligebam, mutato optimatum sensu, mihi quoque & sententiam, & uoluntatem esse mu-
tandam. Infra: Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti. Et paullo post: Tota sa-
pientium ciuium, quale me & esse, & numerari uolo, & sententia, & uoluntas mutata esse debet. EA
fundamenta iacta } labat aedificium, fundamentis male iactis; firmum est, bene constitutis. prima igitur
consulis Ciceronis actio quasi fundamentum fuit publicae libertatis, atque constantiae. consulis enim uir-
tute senatus excitatus, extremo anno, cum de poena coniuratorum ageretur, eandem uirtutem imitatus est.
Ex Kal. Ian. } a primo magistratus die per totum deinde annum. In Pisonem: Ego Kalendis Ian. sena-
tum, & bonos omnes, legis agrariae, maximarumq. largitionum metu liberaui. CONFIRMANDI se-
natus, } ut ad eam, quac principem ordinem decet, animi cōstantiam, atque ad studium defendendac reip.
meo excitarentur exemplo. NONIS Dec. } quo die de coniuratis extremo supplicio afficiendis S. C.
factum est. hinc illa uox pro Flacco: O nonae illae Decembres, quae me consule fuisse: quem ego diem
uere natalem huius urbis, aut certe salutarem appellare possum. & M. Brutus in ep. ad Atticum: An, quia
non omnibus horis iactamus idus Martias, similiter atque ille nonas Decembres suas in ore habet, eo me-
liore condicione Cicero pulcherrimum factum uituperabit, quam Bestia, & Clodius reprehendere illius con-
sulatum soliti sunt? Et in oratione post redditum in senatu. VEL animi, vel auctoritatis: } animi, in di-
cendis sententijs; auctoritatis, quia, quod senatus in coniuratos decreuit, perfectum est. non enim fortasse
uoluisset eius ordinis auctoritas, nisi eum iam antea confirmatum esse constaret. IDEM Q. memineram, }
sui consulatus beneficio unum fuisse bonorum sensum usque ad Caesarem, & Bibulum consules, demōstrat-
quo ma-

quo magis confirmat illud Platonis, Quales in rep. principes, tales reliquos solere esse ciues. **V**S QVB ad Caesarem, & Bibulum eos. per triennium. **P**ONDVS } Caesare enim consule, contemni coepit est, ac leuis esse senatus auctoritas: & quam a senatu non impetrabat, a populo, Vatinia lege, citeriorem Galliam consul accepit. **P**OSTBA, } postero anno, Pisone, & Gabinio eos. **H**ISPANIAM citeriorem } ut duae Galliac, sic duae Hispaniae fuere, ulterior, & citerior. citeriorem ex praetura, quam Afranio, & Metello eos. gesserat, Lentulus obtinuit, Caesare, & Bibulo eos. id Caesar ipse lib. i. bel. ci. testatur. **C**VM IMPERIO } lege curiata dato, sine qua rem militarem attingere non licuit. in Rullum orat. **M**ERCATORES } qui meam salutem, acceptis pretij loco prouincijs, tribuno pl. Clodio uendiderint. Pro Sextio: Foedus fecerunt cum tribuno pl. palam, ut ab eo prouincias acciperent, quas ipsi uellent, ea lege, si ipsi prius tribuno pl. afflictam remp. tradidissent. id autem foedus, meo sanguine iectum, sanciti posse dicebant. Idem pro domo, de prouincijs, in Pisonem. **S**ERVO S, } quas Piso & Gabinius imperio cōsulari seditiones extinguere debuerunt, eas, tamquam serui, imperante ijs tribuno pl. adiuuerunt. Clodium enim seditionis ducem, seruos, ac ministros consules fuisse ostendit. **C**ASVS } no mea culpa, sed casus. Et ait, Quidam casus, ne originem inimicitiarum cum Clodio, pluribus uerbis exponat. **C**APVT meum, } me, ponit enim partem pro toto, & eam partem, in qua uitae domicilium est. **Q**VASI certaminis causa, } sperauit Clodius, si Ciceronem uexaret, eam fore caussam bonos cum improbis committendi. **M**EDIAM contentionem, } erat enim inter ciues ex partium dissensione contentio, sed sine armis. ex ea contentione certamen potuit existere: idq. sperauerant improbi, coniecto in medium, quasi ad animos concitandos, capite Ciceronis. **M**IRIFICA } apta notetur ad amplificandum copia, Mirifica, Incredibilis, Singularis. **C**ONSENSIO } quidam libri, in ijs Medicus, Consensus. quod erratum librarij fuit. **S**ENATVS, } promulgata enim Clodij lege aduersus eos, qui ciues Romanos indicta cauſa condemnassent (quibus uerbis, Ciceronis nomine suppressio, pernicies tamen ei parabantur) senatus, quod in summo dolore fieri solitus est, uestitum mutauit: consulesq. Piso, & Gabinius, uere seditionum ferni, ac ministri, senatum ad uestitum redire iusserunt. **I**TALIAE } quam ad defendendum paratam Cicero pro se pugnare noluit. atque hac tota de re libet uerba subscribere, in primis ad hunc locum accommodata, quae sunt in oratione pro Sextio. Erat in luctu senatus: squalebat ciuitas, publico consilio mutata ueste: nullum erat municipium Italiae, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae societas uctigalium, nullum collegium, aut concilium, aut omnino aliquod commune consilium, quod tum non honorificentissime decreuisset de mea salute: cum subito edicunt duo consules, ut ad suum uestitum senatores redirent. Et paullo post: In cauſa tam bona, tanto studio senatus, consensu tam incredibili bonorum omnium, tam parato, tota denique Italia ad omnem contentionem expedita, cefsi tribuni pl. furori. **N**ON DICAM, quid acciderit; } quibus cauſis afflictus sim, non exponam: ne multos laedam. **B**REVIS, } & Breui, & Breuiter, eodem sensu Cicero dixit: quod ueteres quoque grammatici notarunt. Sulpicius etiam ep. 5. lib. iv. Decreui breui ad te perscribere. **N**O N mihi exercitum, } cum & eques fris ordo, & omnes boni summum in illius defendenda salute studium profiterentur. de quo sic in oratione pro Sextio: Quid agerem, iudices? scio enim, tum non mihi uestrum studium, sed meum prope uestro defuisse. **D**VE S } tres maxime designat, Pompeium, Caesarem, Crasum: qui cur cum deseruerint, cauſa explicatur in eadem oratione. Illi, inquit, aliquo tum timore perterriti, quod acta illa, atque omnes res superioris anni labefactari a praetoribus, infirmari a senatu, atque principibus ciuitatis putabant, tribunum popularē a se alienare nolebant, suaq. sibi propiora pericula esse, quam mea, loquebantur. **Q**VI reliquerunt, } reliquit eum, praeter ceteros, Pompeius, pollicitus non semel, ei se numquam defuturum. de quo sic ep. 20. lib. 2. ad Att. Clodius adhuc mihi denunciat periculum. Pompeius affirmat, non esse periculum; adiuuat; addit etiam, se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri. **S**IMVLARVNT, } significat eos, qui Ciceroni auctores fuerunt, ut Clodio cederet; ne inter ciues pernicioſa contentio excitaretur. De Hortensio sic ep. 3. lib. 1. ad fratrem: Me sceleratissime, insidiosissimeq. tractauit. **I**LLVD quidem certe nostrum consilium iure landandum est, } ueritus, ne consilium suum de complectendis Pompeio, & Caesare, parum fortasse probaretur, duobus affirmantibus uerbis alia de re usus est. nam, Quidem certe, post incertam, aut non satis probatam rem ponuntur, ut ep. 14. lib. iv. Opera, consilio, studio quidem certe. Et ep. 15. lib. xvi. Spero tibi ex tuis litteris melius esse, cupio quidem certe. **Q**VI meos ciues, } Qui, refertur ad, Nostrum consilium: habetur enim ratio sententiae potius, quam grammaticae. **A**MB seruatos, } coniuratione extincta. **S**POLIATOS ducibus, } dixit iam, sibi duces defuisse. **S**ERVIS armatis obijci noluerim; } facpe hoc Cicero gloriat. in oratione quidem pro Sextio sic: Te patria, obtestor, & uos penates, patrijq. dij me uestrarum sedium, templorumq. cauſa, me propter salutem meorum ciuium, quae mihi semper fuit uita mea carior, dimicationem, caudemq. fugisse. Seruos autem significat, quos sibi conciliauerat Clodius, collegiorum nomine: de quibus in oratione in Pisonem: Collegia, non ea solum, quae senatus sustulerat, testi tuta sunt, sed innumerabilia quaedam noua, ex omni face uerbis, & seruitio constituta. Et in eadem paullo post: Pro Aurelio tribunali defectus seruorum habebatur ab eo, qui nihil sibi umquam nec facere, nec pati turpe duxit. Et pro domo: Cum in Aurelio tribunali conscribebas palam non modo liberos, sed etiam seruos, ex omnibus uitijs concitatos, uim tum uidelicet non parabas. Et pro Sextio: Isdem consilibus inspectantibus, seruorum delectus habebatur pro tribunali Aurelio, nomine collegiorum, cum uicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad uin, ad manus, ad caudem, ad direptionem incitarentur. Et post redditum ad Quir. Ego, cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarij. ui-

H dissem,

dissem , armis decertare pro mea salute nolui . PRO . M E stante } incolumi , ante quam ejacerer . sic
 cp . 2 . lib . vii . Magnum quiddam spectauit , nec sua quidem sponte , sed eorum auxilio , qui , me stante ,
 stare non poterant . et ep . 6 . lib . vi . Cum me ex rep . exulissent iij , qui illam cadere posse , stante me , non
 putarunt . A F F L I C T U M } antitheta , Stante , Afflictum . E X C I T A R E } proprie excitamus dor-
 mientes . unde ep . 14 . lib . xvi . Excita e somno tuas litteras . Transfertur ad alia , ut hic , & ep . 1 . lib . vi .
 Cunstantem , & diffidentem excitare . C U M . D E me ageres } ut in patriam redirem . Q V A in
 e a u s s a } Caussam uocat totum id , quod ad ipsum pertinet . E P . 1 . P R A E D I C A B O libenter , } bene-
 ficium enim libenter praedico , iniuriam obliuiscor . Q V I B U S D A M } ijsunt , de quibus iam dixit ,
 Certorum hominum sermones referebantur ad me . I N tenendo , } uel quia timuerint , uel quia se time-
 re simularint . S V A M au^toritatem } quam amiserunt stultitia , & inconstantia sua , cum in gratiam
 redierint cum P. Clodio , inimico meo , nec eam , quam ego exspectaueram , in meis rebus uoluntatem
 praestiterint . Hoc & paullo post ostenditur , & ep . 7 . significatur ijs uerbis : Profecisse tantum mihi ui-
 dentur stultitia , & inconstantia aduersariorum , ut iam etiam auctoritate plus ualerent . Significat enim ,
 se , commotum eorum iniurijs , cum Caesare in gratiam redijscere , eq . sua sententia supplications , stipen-
 dium , legatos decreuissc . A D caussam adiu^to , } cum pro mea salute propugnationem suscepit con-
 tra Clodium , & reliquos , qui non tam me , quam senatus auctoritatem , oppugnauerant . S I N G V-
 L A R I B U S } in oratione de prouincijs non , singulares , sed prope singulares ait Caesari honores esse de-
 cretos : nec tamen loquitur inconstanter . hic enim habet rationem practeriti temporis , quod eos hono-
 res antea nemo consecutus esset ; ibi autem futuri , quod similes prope nemo consequi posse uideretur .
 N O V I S honoribus , ac iudicijs senatus , } supplicatione quindecim dierum , stipendio exercitus , decem
 legatis ep . 7 . Ego C. Caesaris laudibus desim ? quas primum populi Romani , nunc etiam senatus , cui me
 semper addixi , plurimi , atque amplissimis iudicijs uideam esse celebratas ? P R I M U M illa furt a } si-
 gnificatur illud tempus , cum Clodius , amore captus Pompeiac , Caesaris uxoris , ad eam introiuit , ubi sa-
 crificium Bonae deae pro populo siebat . ad Att . ep . 10 . lib . 1 . P. Clodium , te credo audisse , cum ueste
 muliebri deprehensum domi C. Caesaris , cum pro populo fieret . Sed hoc non refertur ad proximum uer-
 bum , Consecuta . non enim illa furt a , Ciceronis redditum consecuta ; sed ea commiserat Clodius , Mefial-
 la , & Pisone cos . id est triennio ante Ciceronis exsulum . Est igitur , Primum illa furt a , perinde ac si dixe-
 rit , Primum illa furt a nota sunt , quibus iam antea polluerat Clodius aedem Bonae deae . Sed hoc etiam
 uachementer dolendum , quod proxime contigit , qui & tres sorores suas stupraverat , & in opertum Bo-
 nae deae , quo uiris non licet , noctu flagitiis caussa introyerat , post redditum in cum de ui accusatum a Mi-
 lone tribuno pl . impunitatem tamen esse consecutum . Vbaldinus Bandinellus , & alij , eum postea secuti ,
 legendum putarunt , Furia , pro Furta , locum aliqui mutilum arbitrai : quem tamen interpungendi ra-
 tio sic adiuuat , ut nihil desiderari satis constet . nec tamen cuiusquam industriam reprehendo : sed a veteri-
 bus libris (omnes autem mei , & Mediceus etiam habet , Furta : quod , ut ostendi , sententia non respuit)
 sine magna caussa discedendum non existimo . Ridicule autem nonnulli de interpungendi notis antiquos
 libros consulunt , diuersos omnino , ad hanc quidem partem quod attinet , a recentioribus impressis . nam ,
 Illa furt a religionum muliebrium , sententia ita fert , si , Furta religionum , pro nocturno flagitio in sacris
 usurpentur . B O N A M deam , } cui sacrificabant mulieres in domo pont . max . hac de re satis copiose in
 oratione pro domo , de haruspicum responsis , pro Milone , iu Paradoxis . Festus etiam sic : Damium sacri-
 ficium siebat in operto , in honorem Bonae deae , dictum a contrarietate , quod minime fit δημόσιον , id est
 publicum , dea quoque ipsa δαμα , & sacerdos eius δαμας appellabatur . Arnobius autem , Laetantij Fir-
 miani magister , lib . v . aduersus gentes , Factam , inquit , Fatuam , Bona quae dicitur dea , transcamus :
 quam myrteis caesam uirgis , quod , marito insciente , seriam meri ebiberit plenam , Sex . Clodius indi-
 cat sexto de dijs Gracorum , signumq . monstrari , quod , cum ei diuinam rem mulieres faciunt , uini
 amphora constituantur obiecta , ne myrteas fas sit inferre uerbenas , sicut suis scribit in Caussibus Plutar-
 chus . Sunt autem , quae Caussalia uocat Arnobius , Plutarchi Problemata : in quibus hoc de Bona dea le-
 gitur . Aliter Macrobius lib . 1 . Sat . T R E S . S O R O R E S , } quas a Clodio stupratis , constans fama
 fuit . Tres autem , an duae potius Clodij sorores fuerint , quaero , dissimilitudine locorum in dubitatio-
 nem adductus . hic quidem tres nominat Cicero , & Plutarchus in Ciceronis uita , his uerbis : Αθηναίων
 δέ , καὶ θεσπιαί ιδαί ταῖς ἄχει ω . συγγένοι τῷ γε τάτη τῶν ἀδελφῶν ὁ Κλωδίος . ὃτε Λαυρία σωάνε,
 πελλήν δὲ λαζαρία , καὶ ταῖς ἀλλαῖς δυοῖν ἀδελφαῖς πλησιάζει τὸ Κλωδίον , ὡν Τερεντίαν μέν Μάρκιος Ρῆξ .
 Κλωδίαν δὲ Μέτελλον οὐ Κέλει ἄχει , λιβηνογαδανυστιαί ιαδάνει . &c . Aduersatur Varronis testimonium .
 libro enim tertio de re rust . sic loquentem Appium induxit , P. Clodij fratrem : Cum pauper cum duobus
 fratribus , & duobus sororibus essem relictus ; quarum alteram sine dote dedi Lucullo . In hac uarietate
 non facile est uerum dijudicare : Varro tamen libentius assentimur ; nec mentiri : Ciceronem , aut Plutar-
 chum opinamur ; qui fortasse tres Clodij sorores ita nominarunt , ut duas germanas , ijsdem parentibus na-
 ras , significant , tertiam patrualem , aut consobrinam , e Terentia gente : quod Plutarchus indicat , qui
 nuptiam Q. Marcio Terentiam uocat . quem locum olim depravatum suspicabar , & legendum , Tertiā :
 postea mutauit sententiam , cum animaduertissem , r e w t a t y , dictum esse a Plutarcho de ea , quae L. Lucul-
 li uxor fuit . Sic ep . 3 . ad Att . lib . iv . Contentio trium fratrū turpis ; quo loco duo germani fratres , Ap-
 pius , & Publius , significantur , tertius patruelis Q . Metellus Celer cuius patris soror fuerat mater P. Clo-
 dij . De duabus autem sororibus a Clodio stupratis , ea scilicet , quae Metello , & ea , quae Lucullo nupst ,
 mentionem saepe facit idem , qui tres hic nominat , Cicero in orationibus pro domo , pro Sextio , in Piso-
 nem ,

nem, pro Caelio, pro Milone. IMPVNITATEM est eorum sententijs affecitus; ne quis putet hoc dici, Clodium absolutum esse iudicium sententijs, in eo iudicio, quod de violatis Bonae deae sacris factum est: quod ante Ciceronis exsultum factum erat: sed, quorundam optimatum, quorum hic Cicero inconstantiam, & perfidiam accusat, sententijs, in senatu dictis, factum esse, ut iudicium illud, quod Milo tribunus pl. Clodio de ui accusato intendebat, omittetur: ex quo non absolutus Clodius, (non enim absolutus dicitur, de quo latae sententiae non sunt) sed impunitatem confecutus, quia punitus non est, ure, ac proprie dicitur. tota uero res ita se habet. Restituto Cicerone, cum eius domus ex S. C. reficeretur, expulsi a Clodio fabri de area sunt: disturbata porticus Catuli, quae ipsa quoque ex S. C. reficiebatur, & ad tectum pacie peruenierat: Q. Ciceronis domus primo fracta coniectu lapidum, deinde inflammata. Neque hac una ui contentus queuit Clodius, sed, sexto post die, cum lapidibus, fulribus, gladijs M. Ciceronem insecurus est: sequenti autem die Milonis domum expugnare, & incendere ita conatus est, ut palam cum scitis homines eductis gladijs, alios cum accensis facibus adduxerit. propterea Milo tribunus pl. cum de ui accusauit. Sed iudicium, opera Clodij, eiusq. amicorum, usque eo perductum est, donec habitis aediliis comitijs, Clodius aedilis creatus in iudicium vocari non potuit. non enim vocare in iudicium eos licuit, qui magistratum gerebant. hoc igitur queritur Cicero, & iure queritur, quod, cum ageretur in senatu, utrum ante comitia iudicium fieret, quod Milo, Cicero, nec pauci practerea, bene de rep. sentientes, exoptabant, an, quod Clodius, eiusq. factio postulabat, ut comitia ante iudicium haberentur: quo posset, magistratum adeptus, poenam effugere; S. C. factum sit, ut post comitia iudicium fieret: in quibus positam esse Clodij, nocentissimi hominis, salutem, licebat intelligere. Hac de res sic in oratione pro Sextio: Volitat aedilis, accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exsultantem reprobis: hic accusare eum moderate, a quo ipse nefarie accusatur, per senatus auctoritatem non est situs. Non licuisse Miloni per senatus auctoritatem Clodium accusare, demonstrat. In oratione autem de prouincijs, Qui meum, inquit, inimicum, repugnante uerba auctoritate, texerunt. Praeterea ep. 3. lib. iv. ad Att. & 1. lib. 2. ad Q. fr. Impunitatem igitur Clodius affecitus est, quia iudicium fieri de eo, aedile creato, non licuit. Optimatum uero sententijs; quia comitia fieri ante iudicium uoluerunt. Nec tamen omnes notat optimates, sed tantum eos, qui iudicium de Clodio a Milone accusato fieri noluerunt. nam bonos aliquot in senatu pro Milone, id est pro rep. sensisse, satis ostendit ijs uerbis, quae iam recitauimus ex oratione de prouincijs. cum enim dixit: Qui meum inimicum, repugnante uerba auctoritate, texerunt, optimatum duo genera significat, eos, qui Clodium texerunt, & eos, qui repugnarunt. TRIBVNVS pl. Milo. P O E N A S persequi} supplicium sumere. A S E D I T I O S O cne} a Clodio, qui fabros de area Ciceronis expulerat, domum Q. fratri fregerat, atque inflammauerat, Milonis oppugnauerat, eiusdem generis alia commiserat. P E R bonos uivos} per iudices integerrimos. S V S T Y L E R V N T:} Milo praeclarissimum exemplum uindicande seditionis, Clodij damnatione, uoluit in rem. inducere: at hi contra, Clodio impunitatem affecito, exemplum illud egregium, quod ab omnibus comprobari debuit, de rep. sustulerunt, id maxime per consulem Metellum Nepotem, per Appium, P. Clodij fratrem, praetorem, per Serranum tribunum pl. factum esse, ostenditur in oratione pro Sextio, his uerbis: Descendit Milo ad accusandum: quis umquam tam proprie reip. causa? fracti erant animi hominis: hoc enim accusante, pristini illius sui iudicij turpitudinem desperabat. Ecce tibi consul, praetor, tribunus pl. noui generis edicta proponunt: ne reus adsit, ne citetur: ne quaeratur: ne mentionem omnino cuiquam uidetur, aut iudiciorum facere liceat. I D E M Q. non meum monumentum, (non enim illae manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat, monumentum uero senatus) cruentis inustum litteris esse passi sunt.} Hac tota re diligenter indagata, et, ut opinor, comperta, sententiam Ciceronis, quam breuisime, aut certe quam plenisime potero, conabor ostendere. Tria monumenta, tresq. eorum inscriptiones, in singulis singulac, fuerunt. Primum, atrium Libertatis, in imo Palatiu clivo, senatus decreto aedificatum, locante Cicerone consule, post oppressam Catilinae coniurationem: ut conservatae libertati honor haberetur, exstaretq. publicum monumentum ciuitatis ab imperiorum manibus creptae. in hoc atrio cruentas illas litteras, delecta priore inscriptione senatus, Clodius tribunus pl. incidit, quinquennio post Ciceronem consulcm: quas litteras manusse, senatus maxima ignorinia, cum summo Ciceronis dedecore conjuncta, queritur in hac epistola Ciceron: quam scripsit L. Domitio, Ap. Claudio cos. quadriennio post Clodij tribunatum. Eandem rem attigerat biennio ante, Marcellino, & Philippo cos. in oratione de haruspiceum responsis: in qua sunt haec: Imperatorum monumenta euerit: inimicorum domos disturbavit: ueltris monumentis nomen suum inscripsit. Cum dixit, Nomen suum inscripsit, non dubito quin significauerit eas litteras, quas hic, facta eiusdem monumenti mentione, cruentas appellauit. Quod autem dixi, hoc atrium in chuo Palatiu infimo potius, quam in summo, fuisse; eo sum adductus, quia in ep. 17. ad Att. lib. 1 v. ita scriptu est: Ut forum laxaremus, & usque ad atrium Libertatis explicaremus. Nam ad radicem Palatiu, ubi atrium Libertatis fuisse dixi, non ad summum collem, illam fori partem ex uoluntate Caesaris explicare Ciceron cogitauerat. Hoc atriu non puto factum, & dedicatum fuisse: quia leguntur haec in oratione pro Milone: Quæstiones urgent Milonem, habita in atrio Libertatis. Non enim arbitror quæstiones de seruis haberi potuisse in sacris locis. Nisi si in ea oratione non illud significatur atrium Libertatis, quod senatus decreto, Cicerone consule, factum diximus, sed illud, quod multis ante annis Romae fuit, de quo Liuius lib. 111. Censores in atrium Libertatis adscenderunt; &, ibi signatis tabellis publicis, clausoq. tabulario, & dimissis seruis publicis, negarunt se prius quidquam publici negotij gesturos, quam iudicium populi de se factum esset. Alterum monumentum est porticus a Q. Catulo, C. Marii consulis collega, de manubiis Cimbricis extructa: quain por

ticum eodem anno Clodius, quo Ciceronem expulit, euerit; sublatoq. Catuli nomine, suum incidit. euerit autem, non ut aream faceret, sed ut ex ea, & euersae Ciceronis domus parte nouam porticum exstrueret sicuti exstruxit. qua de res sic in oratione pro domo? Hanc uero, Pontifices, labem turpitudinis, & inconstantiae poterit populi Romani dignitas sustinere, uiuo senatu, uobis principibus publici consili, ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci, ad memoriam paenae publice constitutae, coniuncta esse uideatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem reip. fenserat, & senatus sententia est interfactus; & eius domus euersa, & publicata est: in qua porticum post aliquanto Q. Catulus de manubij Cimbricis fecit. ista autem fax, ac furia patriae, cum urbem Pisone & Gabino ducibus ce pisset, occuparet, teneret, uno eodemq. tempore & clarissimi uiri mortui monumenta delebat, & meam domum cum M. Flacci domo coniungebat: ut qua poena senatus affecerat euersorem ciuitatis, eadem iste, oppreso senatu, afficeret eum, quem P. C. custodem patriae iudicassent. Quae sequuntur, ad nouam porticum pertinet, id est ad eam, quam tum ex euersae Ciceronis domus parte, tum ex Catuli portico Clodius fecerat. Hanc, inquit, in Palatio, atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunici, sceleris consularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis reip. doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? quam porticum pro amore, quem habetis in rem. & semper habuistis, non modo sententiis, sed, si opus esset, manibus uestris disturbare cuperetis. De tota portico locutus ea subiungit, quae non ad totam attinent, sed ad partem dumtaxat dedicatam, id est ad eam, quam e Ciceronis domo Clodius Libertati dedicauerat: nam quae pars in ueteri Catuli portico a Clodio facta est, eam cur dedicatam putem, caussae nihil video. Nisi quem, inquit, illius castissimi sacerdotis superstitione dedicatio deterret. o rem, quam homines soliti a cura ridere non desinunt, tristiores autem sine maximo dolore audire non possunt. Publiusne Clodius, qui ex Pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? Addam & illud ex eadem oratione de Catuli monumento testimoniū, in quo est luculenta apostrophe ad Q. Catulum: Tu, Q. Catule M. Fulvij domum, cum is fratri tui sacer fuisset, monumentum tuarum manubiarum esse uoluisti; ut eius, qui pernicioſa reip. consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. hoc si quis tibi, aedificanti illam porticū, diceret: fore tempus, cum is tribunus pl. qui auctoritatem senatus, iudicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum consulibus non modo inspectantibus, uerum adiuuantibus, disturbaret, euerteret, idq. cum eius ciuis, qui rem. ex senatus auctoritate consul defendisset, domo coniungeret: non ne responderes, id, nisi euersa ciuitate, accidere non posse? De litteris autem huic monumento inscriptis, infra sic: Tu procella patriae, turbo, ac tempeſtas pacis, atque otis, quod in naufragio reip. tenebris offulsi, demerso populo, euerso atque eieciō senatu, dirueris, aedificaris, religione omni uiolata, reip. tamen nomine contaminaris, in cuius huiusce aedibus, & in urbe, quam suis laboribus ac periculis conservasset, monumentum deletae reip. collocaris ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium; sublatoq. Q. Catuli nomine, incideris; id speralti rem. diutius, quam quoad mecum simul expulsa careret his moe nibus, esse laturam? Locum autem huius inscriptionis uerisimile est fuisse, non ubi antea fuerat inscriptio Catuli, quae fuit in medio ueteri porticū, sed in medio parte totius nouae porticū. nam Si Catuli porticum Clodius euerit, candemq. ita aedificauit, ut, adiuncta Ciceronis aedium parte, longiorem faceret; quod multa confirmant: quis dubiter, mutatum quoque inscriptionis locum? quod si locus mutatur; certe nusquam aptior, quam in media noua porticū. Hie quaeri potest, manserit ne, restituto Cicerone, haec inscriptio, sicuti mansisse illam in monumento senatus, Cicero ad Lentulum scribens questus est. Non mansisse, idem Cicero in ep. 2. ad Att. lib. iv. significat his uerbis: Consules porticum Catuli restituendam locarunt: illam porticum redemptores statim sunt demoliti. Si porticum demoliti sunt redemptores; non mansisse Clodij inscriptionem, satis constat. Tertium monumentum est, quod in parte Ciceronis aedium forum spectante, id est in ea, quae coniuncta est cum Catuli porticū, Libertati Clodius dedicauit, illato Tanagraeae cuiusdam meretricis simulacro, quod pro libertate coleretur. hoc monumentum significatur in eo loco orationis pro domo: In conspectu totius urbis domus est mea, Pontifices. in qua si manet illud non monumentum urbis, sed sepulcrum, inimico nomine inscriptum: demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, in qua trophya & de me, & de rep. uideam constituta. An ego tantam aut animi duritatem habere, aut oculorum impudentiam possim, ut, cuius urbis seruatore me esse senatus omnium assensu toties iudicari, in ea possim intueri domum meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste communī, & ab eodem exstructam, & positam in oculis ciuitatis; ne unquam conuincere possit fletus bonorum? Exstructam, inquit, quod in eius parte euersa Clodius porticum fecerat, & in summa porticū, ne impediretur ambulatio, monumentum Libertatis. Infra quoque: Ista tua pulchra libertas deos penates, & familiares meos lares expulit; ut a te ipsa tamquam in captiuis sedibus collocaretur? Et paulo post: Libertatis simulacrum in domo hac collocabas, quae domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus, & miserrimae populi Romani seruitus. Eum ne potissimum Libertas domo sua debuit pellere, qui nisi fuisset, in seruorum potestatem ciuitas tota uenisset. At unde inuenta est ista Libertas? Tanagraea quaedam meretricis fuisse dicitur. eius non longe a Tenagris simulacrum e marmore in sepulcro politum fuit: hoc quidam homo nobilis, non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum aedilitatis suae deportauit. signum, de busto meretricis ablatum, isti dedit, quod esset signum magis istorum, quam publicae libertatis. Hanc deam quisquam uiolare audeat, impinem meretricis, ornamentum sepulcri, a fure sublatam, a sacrilego collocatam? haec me domo mea pellet; haec ultrix afflictæ ciuitatis, reip. spolijs ornabitur? haec erit in eo monumento, quod positum est, ut

est, ut esset indicium oppres si senatus ad memoriam aeternam turpitudinis? De codem monumento paullo post: At uidete hominis intolerabilem audaciam, cum proiecta quadam & effrenata cupiditate. Monumentum iste numquam, aut religionem ullam cogitauit: habitare laxe, & magnifice uoluit, duasq. & magnas, & nobiles domos coniungere. domus mea illa prope tota uacua est: uix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum accessit. caussa fuit ambulatio, & monumentum, & ista Tanagraea, oppressa libertate, Libertas. in Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum cum conclauibus paumentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum, cetera eiusmodi, facile ut omnium domos & laxitate & dignitate superaret. Ambulationem uocat porticum adiectam, exstructam in parte Ciceronis aedium, qua prospectus erat in forum: monumentum autem, illam partem, in qua dixi positum a Clodio simulacrum Libertatis, idest Tanagraceae meretricis. Atque, in hoc etiam tertio monumento inscriptum fuisse nomen Clodii, et si uerba Ciceronis iam recitata ostendunt, iterabo tamen eadem. In conspectu, inquit, totius urbis domus est mea, Pontifices. in qua si manet illud non monumentum urbis, sed sepulcrum inimico nomine inscriptum; demigrandum potius aliquo est. In ijs citur in huius fere narrationis exitu tamquam scrupulus abeunti. positum enim dicit aliquis simulacrum Libertatis non in domo Ciceronis, sed in Catuli porticu, quia scripta sunt haec in oratione de haruspicum responsis: Simulacrum erectum ex meretricis sepulcro in imperatoris monumento collocares. Quid igitur? an a se ipso dissentire Ciceronem putemus? non dissentit: sed quia tota illa porticus, tum e Catuli ueteri porticu, tum e Ciceronis aedibus facta, porticus Catuli usitato nomine uocabatur; ideo simulacrum illud in Catuli monumento positum dicit, habita nominis ratione; cum tamen idem in sua domo positum uere dixerit. Hoc tertium monumentum sacrum dedicatumq. fuit. ideo delubrum Cicero uocat in ea pro domo, *vad* Plutarchus, *red* Dio: & ep. 1.lib. 1 v. ad Att. Si Pontifices religionem sustulerint, aream praeclaram habebimus. Dixi de tribus monumentis, tribusq. inscriptionibus: unum senatus mansisse monumentum, unamq. simul inscriptionem, & in hac ad Lentulum epistola, & in oratione de haruspicum responsis Cicero non mediocri cum dolore significat. Illud addam quasi extra rem, nec tamen prorsus a re sciunctum: non esse a Clodio totam Ciceronis domum dedicatam, sed eam tantum partem, quae ad Catuli porticum accessit, & in qua, ut ipse Cicero dixit, ambulatio, monumentum, & Tanagraceae simulacrum fuit. nam reliquam domum Clodius, ut in sua domo porticum trecentum pedum cum conclauibus efficeret, occuparat, simulata emptione Statonis cuiusdā Marsi. quia de re sic in eadē pro domo: Homo religiosus, cū aedes meas idem emeret, & uenderet, tamen, illis tantis tenebris, nō est ausus suū nomen emptioni illi adscribere; posuit. s. Statonē illum, hominem sua uirtute egente, ut is, qui in Marsis, ubi natus est, tecū, quod imbris uitandi causa succederet, nullū haberet, aedes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. inferiorē aediū partē assignauit non suae genti Fonteiae, sed Clodiae, quam reliquit, quem in numerū ex multis Clodijs nemo nomen dedit, nisi aut egestate, aut scelerē perditus. In eadem supra: Hominem inuenire ista labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui se des meas addiceret, cui traderet, cui donaret: ipse, cum loci illius, cum aedium cupiditate flagraret, ob eamq. cauſam unam iusta illa rogatione sua uir bonus dominum se in meis bonis esse uoluisset, tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cuius cupiditate inflammatuſ erat, possidere. Et in ep. 2.ad Att. lib. iv. de parte areae dedicata, non de tota domo, aperte mentio fit. nam, quia sacra loca habitare profanis non licet, ideo Clodius eam partem non dedicauit, quam partim cum sua domo coniungere, partim Clodiae genti assignare cogitabat. Habitus autem in Palatio Clodium proxime Ciceronem, sic ut paries parietem attingeret, non modo ex ijs, quae iam posui, coniijcere facile licet, uerum etiam ex ijs uerbis, quae sunt in oratione de haruspicum responsis: Quid habet domus mea religiosi, nisi quod impuri & sacrilegi parietem tangit? Et in ea pro domo: Monumentum iste numquam, aut religionem cogitauit: habitare laxe & magnifice uoluit, duasq. & magnas, & nobiles domos coniungere. **H o s t i l i n o m i n e,** quia suum nomen Clodius inscriperat; sic in oratione pro domo sua: In conspectu totius urbis domus est mea, Pontifices. in qua si manet illud non monumentum urbis, sed sepulcrum, inimico nomine inscriptum; demigrandum potius aliquo est. &c. **C r u e n t i s** quasi ex meo cruore confectis. meam enim ejectionem, idest meum interitum, testantur. **I n v s t v m** inscriptum, dixit in oratione pro domo: sed hic Inustum, cum stomacho pronunciauit, quasi per uim eae litterae impressae, inustaeq. fuerint. **P a s s i . s v n t.** haec uerba satis declarant, non esse Ciceroni restitutam eam aedium partem, quam Clodius Libertati consecraverat. **N o n . s o l v m** salutis meae, quemadmodum medici, sed etiam, ut aliptae, uirium, & coloris rationem habere noluisserent. et si aliptae *απτης αλειφανται*, quod est ungere, dicti sunt: hic tamen si pro unctoribus accipias, non admodum congruere cum sententia uidebitur. uires enim, & colorem oleum non auget. sed adhibetur corporibus ad lassitudinem uitandam. quare libentius acceperim pro ijs, qui exercitationibus athleticis praecerant, quos *γυμνασται* Gracci uocant. cum enim athletis normam, & rationem exercendi corporis praesciberent, uirium & coloris rationem habere uidebantur. hoc sensu & Celsus usurpauit, cum dixit initio librorum suorum: Qui suae spontis est, nullis se obligare legibus debet, neque medico, neque alipta egere. & Aristotleles Moralium lib. 2. Cur autem gymnastae, aliptae interdui sint appellati, occurrit ea ratio, quod ad eorum curam unctio quoque athletarum pertinebat. ita non a toto munere, ut gymnastae, sed a parte muneris, aliptae dicti sunt: ut gymnasium quoque palaestra uocabatur: cum palaestra gymnasij pars sit. Aliptas uero pro unctoribus, proprio sensu, saepe usurpauit Coelius Aurelianus. **V i r i v m**, & coloris rationem habere noluisserent. idest, ut me non solum ab exsilio reuocasset, sed pristinam simul cum salute dignitatem restituere noluisserent. ep. 2.lib. iv. ad Att. Qui mihi pennas inciderant, nolunt eadem renasci. **N v n c.** pro, Sed, ut lib.

ut lib. 1. de Diuin. Quae quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo, & uino, confusa & perturbata cernimus. Et prooemio Tusc. 111. Nunc paruulos nobis natura dedit igniculus, & alibi saepe. Graeci quoque vix pro αλλα crebro usurpant. A P E L L E S } Cous, pingendi mirus artifex, cui palmarum in hoc genere detulit antiquitas. Dilexit eum praecepue, pingiq. ab uno uoluit, ut a Pyrgotele scalpi, a Lyisipo singi, a ceteris edicto uetus, Alexander ille Macedo. Plinius lib. VII, cap. 37. & lib. XXXVII. cap. 1. Horatius ep. 1. lib. 2. & hic noster ep. 12. lib. v. & ad Att. ep. 1. lib. 2. in Bruto, de Oratore lib. III. & alij. V E N E R I S } quae una maxime inter Apellis opera excelluit. celebratur a Cicerone ep. 21. lib. 2. ad Att. lib. 111. Off. lib. 2. de Diuin. in Oratore, lib. 1. de nat.de. in Verrem. P O L I T I S S I M A arte } cui nihil deesset, exquisita in primis, & egregia. sic Politum iudicium, polita doctrina, politus homo. I N C H O A T A M } inchoatum est, quod principia tantum habet. sic lib. 111. Off. Nemo piator est inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absoluueret. R E L I Q V I T } inexpectata morte oppressus. I N capite meo } quia salutis tantum, non etiam dignitatis meae, rationem habere noluerunt. E L A B O R A R V N T } cum me in patriam reduxerunt. N O N modo inuidorum, } de quibus haec tenus locutus est. S E D etiam inimicorum } qui multo etiam magis, quam inuidi, sperauerant me post redditum, memoria calamitatis admonitum, fracto, ac demissio animo futurum. D E . V N O acerrimo, } Vno, magis exprimit Metelli fortitudinem, quam si dixisset, De acerrimo: quasi praeter ceteros ea laude excelleret. C O N S T A N T I A } cum in L. Saturnini legem de agro Gallico diuidendo, per uim latam, iurare noluit, & in exsulium abire, quam de sua sententia decidere, maluit. Plutarchus in Mario, Appianus lib. 1. bel. ci. in oratione pro Sextio. Q. M E T E L L O L. F. } distinguendus erat a duobus Metellis, quorum utrique praenomen Quincto fuit, Balearico, & Nepote. itaque vel Numidici cognomen, ut in oratione pro Sextio, uel patris praenomen, ut hic, addi oportuit. Eandem ob causam lib. III. de Orat. dixit, Carneadis auditores, et si multis cognoui Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum & sacerum meum Scæuolam, & Q. Metellum L. F. clarissimum virum. Hoc Caeciliae familiae cognomen unde manauerit, Festi fragmenta demonstrant. Metelli, inquit, dicuntur in re militari quasi mercenarii. Attius annalium XXVII. Calones, familiq. Metelliq. Caculæq. a quo genere hominum Cacciliae familiae cognomen putatur ductum. F R A C T O animo, & demissione } fracta enim demittuntur potius, quam extolluntur. E s t uero probandum, } ironia; quae negandi uim habet, cuius affirmare uerba tamen ipsa videantur. Sic Virgilii lib. IV. Aeneid. Egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis. Tuq. puerq. tuus.

S V M M A uoluntate } tantum abest, ut inuitus, ut etiam libentissime, precibus propinquorum, amicorumq. neglectis, patria cesserit. E G R E G I A animi alacritate absuerit, } cum reliqui fere omnes, erexit ad spectu patriae, in maerore iaceant. Recitat Gellius ipsius Metelli, ex epistola ad Domitios, hacc uerba: Illi omni iure, atque honestate interdicti: ego neque aqua, neque igni careo; & summa gloria fruiscor. De hac Metelli alacritate, & perpetua uultus, animiq. constantia, Valerius lib. IV. cap. 1. & is, qui librum scripsit de uiris illustribus. M. I L L U M Scaurum, } patrem eius, pro quo exstat mutilata Ciceronis oratio, patricium, Aemiliae gentis, saepe principem senatus, in censura Aemilium uiam stravit, pontem Aemilium extruxit. Nominat eundem cum laude in oratione pro Sextio, in ea pro Rabirio, & Sallustius, Pedianus, Plinius, scriptor libri de uiris illustribus. Dicit autem M. illum Scaurum, ut hic distinguitur ab eo M. Scauro, qui consularis & ipse fuit, sed Aureliae gentis, idest plebeij generis, minime cum hoc uirtute, & honore conferendus. itaque, cum loquitur Cicero de nobiliore Scauro, addit fere, distingendi gratia, pronomen, Ille, ut in ea pro domo: Quod M. Drusus in legibus suis plenisque, bonus ille uir M. Scaurus, & L. Crassus consules non obtinuerint. C O N S T A N T I A, & grauitate } qui a C. Græco usque ad C. Marium seditionis omnibus restiterit; quem nulla uis, nullae minae, nulla inuidia labefecerit. sic enim de eo scripsit Cicero in oratione pro Sextio: in ea uero, quam pro eius filio habuit, cuius exstant reliquiae quedam, custodeum appellat reip. Ter accusatum, a Domitio tribuno pl. a Q. Seruilio Caepione, a Q. Vario tribuno pl. nec umquam damnatum, indicat eadem oratio. Actione autem prima in Verrem ornat eum eadē constantiae, grauitatisq. laude. Sic enim Scauri generum, M'. Acilium Glabriionem, praetorem, alloquitur: Circumstant te summae auctoritates, quae te dies, noctesq. commoneant, fortissimum tibi patrem, sapiensissimum uium, grauiissimum sacerum fuisse. Quare, si Glabriionis patris uim, & acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis; si aut Scæuolæ prudentiam ad prospiciendas, quae tuæ, atque horum famae comparantur, insidias; si saceri Scauri constantiam, ne quis te de uera, & certa possit sententia dimouere: intelligit populus Romanus. &c. Constantiam eius Pedianus etiam commendat his uerbis: Q. Seruilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticæ inuidiam, & aduersus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum, lege, quam tulit Seruilius Glauca. Scaurus tanta fuit constantia, & animi magnitudine, ut Caepionem contra reum detulerit, & breuiore die inquisitionis accepta, efficerit, ut ille prior causam diceret, M. quoque Drusum tribunum pl. cohortatus sit, ut iudicia commutaret. G R A V I T A T E: in eadem oratione pro Scauro Grauitatem ei tribuit. Curia, inquit, illa de grauissimo principatu patris, fortissimoq. testatur. S V S P I C A B A N T V R, } quia uerisimile uideretur, malis enim saepe frangitur constantia. C V M Q. Metellum } sic malo, quam Cum Q. Metellum. est enim haec altera ratio, cur maiore etiam, quam antea, esse animo deberet. Habent autem libri quoque ueteres, in ijs Mediceus, Cumque. P R O M V L G A N T I B V S omnibus, } legem de redditu Ciceronis omnes magistratus promulgarunt, praeter Appium praetorem, P. Clodij, qui Ciceronem sua lege ciecerat, fratrem, & duos tribunos pl. Serranum, & Numerium Quintium, quos in oratione in Pisonem de lapide emptos uocat. pro Milone autem, Septem, inquit,

inquit, praetores, octo tribuni pl. defensores mei. REFERENTE. CONSULE, P. Lentulo. idem in oratione post redditum ad Quir. Ego, ijs, a quibus eieetus sum, prouincias obtinentibus, inimico autem optimo uiro, & mitissimo, altero consule referente, reductus sum. Hoc tamen intelligendum, quia Lentuli maxime opera in patriam restitutus est Cicero, ideo relationem in senatu ei tantum tribui, cum tamen alter consul, non a principio, sed P. Seruili Isaurici oratione permotus, in relatione consenserit. itaque, cum ait Cicero, Lentulum retulisse, actionis initium, & praecipuum sui redditus caussam spectat; cum uero addit, simul Q. Metellum retulisse, exitum rei considerat. primo enim aduersatus non est Metellus Lentulo referenti, post etiam, seruili cohortatione, & precibus, adiuuit. unde illud in oratione post redditum in senatu: Fuit is non modo salutis defensor, qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus, uerum etiam adscriptor dignitatis meae. Et in ea post redditum ad Quir. P. Lentulo auctore, & pariter referente collega, frequentissimus senatus, uno dissidente, nullo intercedente, dignitatem meam uerbis amplissimis ornauit. Et pro domo: Q. Metellus, collega tuus, de me ad senatum tecum una retulit. Et pro Sextio: Ut & Q. Metellus consul, qui mihi uel maxime ex magnis contentionibus reip. fuisse inimicus, de mea salute retulerit. COMITIIS centuriatis, quibus legem tulit Lentulus consul. qua de res in oratione pro domo: Constat, nullis umquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, aetatum, ordinum floruisse. In Pisonem: Legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegae Q. Metelli sententia: quae lex quemadmodum accepta sit, quid me attinet dicere? ex uobis audio, nemini cuiu illam, quo minus adcesset, iustum excusationem esse uisum, nullis comitiis umquam multitudinem hominum tantam, neque splendidiorem fuisse. Et pro Sextio: Cum de me ex S.C. comitiis centuriatis ferebatur; quis est, qui non profiteatur se affuisse, & suffragium de salute mea tulisse? Comitorum tria genera fuerunt: de quibus alio loco pluribus uerbis: hoc tantum dicam, centuriatis creari solitos esse maiores dumtaxat magistratus, consules, decem viros, tribunos mil. consulari potestate, censores, praetores: ijsdem a maioribus tantum magistratibus leges esse latas, ut cum de bello indicendo ferebatur: haberi autem a tribuno pl. non potuisse, qui non fuit inter maiores magistratus. quod si perduellionis aliquem tribunus pl. accusaret, (quo de criminis centuriatis comitiis populus iudicare solitus est) petebat a consule diem, quo populum in campum Martium per centurias non ipse, sed consul ad iudicium conuocaret. Liuius, Gellius, alij. ORDINIBVS, Augere sententiam Cicero uidetur, cum, facta hominum mentione, ordines subiungit: quod illi familiare est. ep. 10. lib. 111. Quae de hominum, atque ordinum omnium erga te studiis scribis ad me. Et pro Cornelio, oratione 1. Num alicui gratificabatur aut homini, aut ordini? & Coelius ep. 17. lib. 11X. Praeter feneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est nisi Pompeianus. Omni genere hominum, & ordine, dixit lib. 2. Off. Tres autem erant ordines in ciuitate, senatus, equites, plebs. QVOD quemquam malevolentissimum, uel minima res malevolentissimos offendit: ego tamen nihil committo, quod iure quemquam, uel malevolentissimum, posuit offendere. ALIENIORIBVS, cum quibus nulla intercedit amicitia. Ad Att. ep. 20. lib. 2. Si modo crunt eiusmodi litterae, quas in alienum incidere nolim. Et ad eundem lib. x. Oblignata iam epistola, non placuit ei dare, cui constitueram; quod erat alienus. Ep. 2. lib. 1. ad Q. fr. Si Clodius uigere conabitur, spero fore studiis non solum amicorum, sed etiam alienorum, ut uigescamus. Pro Murenna: Ea condicione Cato nobis erat in hac ciuitate natus, ut eius opes, & ingenii praesidio multis, etiam alienissimis, uix cuiquam inimicus esse deberet. Eos quos saepe nutu, & significatione appellat, iniudebat enim Ciceroni, nouo homini, optimates multi. SPLENDOREM, & speciem dignitatē & gratiā. INTVENTVR, plus est, Perspicere, quam Intueri. propterea de manifestis, splendore, & specie, dixit, Intuentur: de occultioribus autem, sollicitudine, & labore, Perspicere non possunt, similibus uerbis, in simili sententia, usus est Isocrates, cum scriberet ad Iasonis liberos: Τας μεγέχσοτας, inquit, και τα κεγδι, και τας ηδωνας δρωσι, και τα των απολαύσεων προσδοκώσι: τας δε ταραχας, και τας φόβους, και τας συνηρογας, τας τοις αχεισι συμπιπτέσι, και τοις φθορις αντίθεσι. Crebro incurrebat Cicero in huiusmodi figuris; primum quidem, quia ualebat ingenio; deinde, quia libros maxime peruolutabat Isocratis: quem laudat egregie in libris de Oratore, in Bruto, in Oratore. SOLICITUDINEM, & laborem, quibus eum splendorem, etiamq. speciem tueor. QVIBVS ornem Caesarem, cui decreuerat supplicationem quindecim dierum, stipendium, decem legatos. quod supra ostendi. QVASI desinerm, hic, Quasi, non minuit, sed indicat; ut si dixisset: Illud queruntur in meis sententijs, quod a pristina causa discuerim. Eadem uis huiusc uerbi cognoscitur apud Suetonium in Tiberio, cum ait: Ab Ostia oram Campaniae legens, imbecillitate Augusti nunciata, paullum substitit; sed, increbescente rumore, quasi ad occasionem maioris spei commoraretur; tantum non aduersis tempestatis Rhodium nauigauit. A PRISTINA causa, ab optimatum causa, qui se tueri remp. profitebantur; cum Caesar, Pompeius, & Crassus pro ipsorum potentia contendere uiderentur. Pristina uero, quam ante exsulium, nulla neque Caesaris, neque Pompeij ratione habita, defenderat. CVMILLA sequor, quae paulo ante proposui, tum hoc non in postremi, cum illa me ad ornandum Caesarem cohortantur, quae paulo ante collegeram, fides Pompeij, quam Cesar de me dederat, Quinti fratri, quam Pompeio; ipsius Pompeij uoluntas, de me optime meriti; quorundam optimatum cum inimico non solum meo, sed etiam patris, ac bonorum omnium reconciliatio; Caesaris & uetus amicitia, & incredibilis quedam in me, fratremq. meum liberitas; res ipsa publica, Pompeij, Caesarisq. rebus gestis non mediocriter aucta; quae cum ijs, quibus tantum deberet, nolle contentionem fieri uideretur: cum igitur haec me monent: tum accedit illa ratio, a Platone comprobata, quod, quales in rep. principes, tales video reliquos solere esse ciues. COOPERAM exponere.

exponere.} cum enim sententiam Platonis posuisset de corruptis principiis exemplis ciuibus, eam ut probaret, ita longe digressus est, inducta commemoratione sui consulatus, ut a proposito non nihil aberrasse videatur, itaque narrationem interruptam, ab alio tamquam oris principio, reexit. **N**on offendes eundem honorum sensum,} ex quo sequitur, ut sententia quoque nostra commutanda uideatur: siquidem Platonem audimus, mutata ciuitatis causam in principes conferentem. **R**E**L**I**Q**V**I**S**T**I:} tertio ante anno in prouinciam iuerat Lentulus: interea contuersus est orbis rep. sed maxime superiore anno, Pompeio, & Crasso cos. **C**ON**F**IR**M**AT**V**S:} confirmandi enim senatus consul ipse ex Kal. Ian. fundamenta ieccerat. **I**NT**R**U**P**T**V**S, & **A**ffl*icitu*s:} annum significat, quo multa per uim, contraq. auspicia gesta sunt a Caesare consule, eiusq. uoluntatis ministro Vatinio tribuno pl. **R**EC**C**RE**A**T**V**S: abste totus es,} amissam enim Pisone, & Gabinio cos. auctoritatem senatus reuocasti tum aliis in rebus, tum uero in salute mea, quam Clodius, ingenti senatus dolore, afflixerat. **A**. **Q**u*v***i**b*v*s **t**uend*s*ue*r*at,} de ijs loquitur, quos supra appellauit his uerbis: Aut occulta non nullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. Et: Certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones refrecabant ad me. Et: Verus es quibusdam nobilissimis hominibus, fortioribus in me restituendo, quam fuerant ijdem in tenendo. Infra uero: Quidam homines, & ijdem illi, quos saepe ntu significationeq. appello. Tuendus autem passiu, ut Friendus, Utendus: sed ipso quoque uerbo passiu usus est Varro lib. 1. de re rust. In bello ab his rubeantur. **F**RONTE, atque uultu,} quae saepe mentiuntur. **S**u**S**TINETVR,} fallendi studio suscepta. **N**O**S**TRO illo statu,} cum sententiae nostrae magnum in senatu pondus haberent. **O**PTIMATES,} patroni, ac defensores publicae caussae: quos ita definit in oratione pro Sextio: Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt, eorum, qui uersari in rep. atque in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi, & esse uoluerunt. qui ea, quae faciebant, quaeque dicebant, multitudini iucunda esse uolebant, populares; qui autem ita se gerabant, ut sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. **S**ENTENTIA,} in senatu: ex qua non eundem esse eorum sensum, qui fuerat antea, cognouimus. **T**ABELLA,} in iudicijs: cum absoluissent, quos damnari oportuit. Nec dubito, quin hic Cicero Sex. Clodij, nocentissimi homini s, absolutionem significet; quem senatorium urna copiose absoluit; ad quos dirigitur haec tota narratio. ep. 6. lib. 2. ad Q. fr. **S**APIENTIVM ciuium,} qui remp. optimo & animo, & consilio tractarent, sapientes olim uocabantur: & hoc sapientiae genere Theages ille Platonicus optat excellere. hac igitur de sapientia loquitur Cicero, non de illa, quae, ut a Stoicis definitur, diuinarum, humanarumq. rerum perfecta sciencia est. **I**DEM ille Trato,} a me antea nominatus. **Q**uem ego auctorem uehementer sequor:} cuius apud me grauis admodum auctoritas est; cui praeципienti aliquid maxime pareo; cuius etiam sententias in mea scripta libenter transferro. Plinius in praefatione, Cicero, inquit, in libris de rep. Platonis se comitem profitetur: in Consolatione filiae, Crantorem, inquit, sequor. **T**ANTVM contendere in rep. **O**c. } Platonis uerba sunt in Critone: Πανταχθ̄ ποιητέον δὲ ἀν̄ κελθούν πόλις τε, καὶ ἡ πατρίς: ὥπαθεν αὐτήν, ὥτοδικαιον πέφυκε: Βιάγεσθαι δὲ ςχ. δοιον ἔτε μυτέρα, ὅτε πατέρα, πολὺ δὲ τέτων ἔτι τὴν πατρίδα. Idem dixit in epistola longa ad Dionis propinquos: Πατέρα δὲ ὥμυτέρα, ὥν δοιον ἡγεμονία προσβιαζεσθαι, μὴ νόσῳ πραχθεσθαι εχουέντες. Βιαν δὲ πατρίδι πολίτας μεταβολῆς μη προσέγαν, διὰ τὸν φυγῶν, καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν, μὴ δικαστοῦ γινεσθαι τὴν ἀξίαν. **Q**UANTVM probare,} rationibus. nam uis neque patriae, neque parentibus afferenda. quod Plato dixerat, ὥτοδικαιον πέφυκε, conuertit, Quantum probare tuis ciuibus possis. **V**IM neque parenti, neque patriae,} eundem Platonis locum Sallustius in prooemio Iugurthini uiderit imitatus. Vi quidem, inquit, regere patriam, aut parentes, quamquam & possis, & delicia corrigas, tamen importunum est. **A**IT,} non hoc ait in eodem dialogo, sed in epistola ad Perdiccam, quam Ficinus Dionis esse putat. Subscribemus Graeca uerba; in quibus de seniore iam populo, ueteribusq. institutis assuefacto, non de desipienti, mentio fit. sed uidelicet Ciceronis hoc est in Graecis conuertendis, ut uerba non numeret, sed tamquam appendat. quod ipsem in prooemio libri de perfecto oratore profitetur. **E**x ἀκέστατη ἀκέστη: Πλάτων, ὡς ἔμει προσποιεῖ μὲν τὰ δημοκρατικὰ ξυμφέροντα ἀδέιαν: εἰχόν δὲ ἐν τῷ δημοκρατεγενελόγῳ συμβολίᾳ διτῶ τὰ δελτία, ἢ πώποτε ἀναστάσει φέρεται κτητορὸς ταῦτα ἀπαντεῖ: διτὶ Πλάτωνος ἐν τῇ πατρίδι γέγονε, καὶ τὸν δίμον πατελάθειν ὥδι πρεσβύτερον, καὶ ἀδισμένον τὸν τρόπον ἐπιτελεσθεν, πολλὰ καὶ ἀνόμια τῷ ἐκάποντι ξυμβολῆι πράττει: Καὶ πάντων ἀνδρίσια, παθάπτει πατρί, σωεῖται μεντονταῖς, ἀ μητρινοῖς κινέωσιν ἔστο, πλέον δὲ ῥέει ποιέσαν. **Q**UOD,} decesse uideatur, quo referatur. nam ea, quae sequuntur, uerba, offendisset, uidisset, diffideret, arbitraretur, propinquam particulam, Cum, singula respiciunt: quod acute intuentibus uisum iri arbitror. **P**ROPE iam desipientem senectute,} similitudine usus est Cicero hominum non morbo, aut casu aliquo, sed senectute desipientium. nam, ut actatis uitium corrigi iam non potest: sic populum diuturna peccandi consuetudine ita corruptum, ut prope ad insaniam peruenierit, nulla ratio ad sanitatem traduxerit. **N**EC persuadendo,} quia prope desiperet senectute. **N**EC cogendo,} quia uim neque parenti, neque patriae afferri oporteret. **D**IFFIDERE,} quis autem, quod praefstari a se posse diffidat, id conetur? Sallustius in eodem loco, ex Platonis uerbis, ἀ μητρινοῖς κινέωσιν ἔστο, πλέον δὲ ῥέει ποιήσαν, hanc sententiam ita refert: Frustra niti, neque aliud, se fatigando, nisi odium, quacrere, extremae dementiae est. **M**EA ratio fuit alia,} uerbum, Ratio, multis rebus eleganter communicat Latina lingua, nec semper eodem sensu. ep. 5. lib. 111. Animaduerti, & didici ex litteris tuis, te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres, restitueresq. & praeparares quodam modo omnia, quo mea ratio facilior, ac solutior esse posset. Et ibidem, infra: Tua ratio postea est commutata. Et ep. 3. eiusdem libri:

bri: Mea ratio in tota amicitia nostra constans, & grauis reperietur. Quibus in locis, atque alijs, quae breuitatis causa praetermitto, licet intelligere, quae res huic subiecta uerbo sit: nec difficilis imitatio est: sed, uerbo uerbum explanare si quis nolit, frustra fortasse conabitur. Est enim ratio nonnumquam id, quod ad nos pertinet, & quasi status quidam rerū nostrarum: interdum autem actio uidetur esse: ut cū dixit, Quo mea ratio facilior, ac solutior esse posset. Et illud, Tua ratio postea est cōmutata. Et, Mea ratio, in tota amicitia nostra cōstant, & grauis reperietur. **C O G I F A S E S S E N O N A R B I T R A R E T U R**, hoc pendet non a proximo, Cū, sed ab eo, Quod, ubi caussam explicare Cicero incipit, cur Plato remp. non attigerit: hoc modo: Atque hāc qui dem ille caussam sibi ait nō attingendae reip. fuisse, quod populum Atheniensem, cū persuaderi posse diffideat, cogi fas esse non arbitraretur. **N E Q Y E I N T E G R A R E**, integra Platoni res fuit ad consulendum; quia nūquam attigit remp. quod mihi non contigit; qui cum remp. antea tractasssem, propterea implicatus tenebar; quod rationes quaedam, ut in publicis rebus abstinerem, & ad nostra me studia litterarum referrem, quaedā contra, ut in ueteri uite cursu, publicisq. actionibus pergerem, hortari uiderentur. **L A E T A T V S** tamēn sum, & in hac molestia, quam ex mutatione sententiae meae capicbam, laetabar tamen, quod in defendenda Caesaris, Pompeijq. caussā, non modo rationibus meis, otioq. ac saluti consulerem, sed etiam ea defendenterem, quae probari possent a bonis uiris. Ostendit ita se cum Caesare, ac Pompeio sentire uelle, ne quid tamen, quod oblit. reip. committat, id infra confirmat, cum ait: Facile patior ea me de resp. sentire, ac dicere, quae maxime cū mihi, tum reip. rationibus putem conducere. **C A E S A R I S** liberalitas: & de qua ante: Hic multum ualuit cum uetus amicitia, quam tu non ignoras mihi, & Quinto fratri cū Caesare fuisse, tum humanitas eius, ac liberalitas, breui tempore & litteris, & officijs perspecta nobis, & cognita. Commemorat eam libenter Cicero, quia benevolentiam liberalitas maximopere conciliat. infra quoque: Eius omni & gratia, quae summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, ut meis. **T A N T I S Q. V I C T O R I S**, quantas ipse exponit quinque primis libris de bel. Gal. superatis Heluetijs, & Germanis, ut in lib. 1. Nervijs, ut in lib. 2. de quibus, deq. omni Gallia pacata cū Caesar ad senatum litteras misisset, decreta ei quindecim dierum supplicatio est; quod ante id tempus acciderat nemini: Venetiis, maritimam Galliae partem contra Britanniam incolentibus, lib. 3. rursus Germanis deuictis, Sicambriis perterritis, cum Rhenum primus Romanorum cum exercitu transisset, Britanniae post secunda proelia obsidibus imperatis; quibus rebus Romae cognitis, decreta ei uiginti dierum supplicatio: ut ex ipsis lib. IV. constat: in Britanniam copijs iterum traductis, re bene gesta, tributo imposito, obsidibus acceptis, mox in Gallia Eburonibus, Aduaticis, Nervijsq. pugna uictis, ut lib. V. quae gesta sunt Domitio & Appio cos. quo anno scripta est epistola, &, ut uidetur, in extremo. itaque uel, quae commoraui omnia, uel pleraque certe significat Cicero, cum ait, Tantisq. uictoriis. **O R N A N D V S** reip. caussa. **M E A B E S A L U T I S** auctōribus, quorum uirtute, atque opera sum in patriam restitutus. in libro de claris oratoribus: Lentulus ille, nostrarum iniuriarum ultor, auctor salutis. **D I S C E S S E R I M** uobis exceptis, nemo est, cui perinde ac Caesari debeat; secundum uos, nullius in me maiora quam Caesari, merita esse confiteor. Similiter locutus est ep. 12. lib. VI. Omnes Caesari familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine, & benevolentia, sic, ut, cum ab illo discesserint, me proximum habeant. **D E V I N C T V M** proxime: Commemoranda quaedam, & diuina Caesari in me, fratremq. meū liberalitas. Et ad fratrem ep. 1. lib. III. Ille mihi, secundum te, & liberos nostros, ita est, ut sit paene par. **G A V D E A M** debitori solece odio esse creditorem, cognoscitur ex Arifto. Ethicorum lib. IX. Καθάπερ οὐν Καὶ τὸ δεκάτων, οἱ μὲν ὄφελοι τες βέλτισται μηδενὶς ὄφελοι, οἱ δὲ δανεστεῖτες καὶ επιμέλουτες τῶν ὄφελουντων σωτῆρας: ετῶν καὶ τὸς ἐνεγκέντων τὰς βέλεσθαις αὐτοὺς παδόντας, ὡς κεμισμένης υστάτης χάριτας. Non igitur qui beneficiū accepit, sed qui dedit, gaudere solitus est. parit enim uirtutis exercitatio laetitiam: & amamus eum, in quo liberalitatem, id est uirtutem, exercemus. is autem, cui tributum beneficium est, non aequa amat eum, qui tribuit, nec se deuinctum eius officijs cum gaudio confiteretur. nemo est enim quē suac tenuitatis commemorato delectet. Cicero tamen erga bene de se meritos ita delectatur officio suo, non modo ut fateatur id, quod debet, sed etiam ut debere se gaudeat. quod ipsi Lentulo, cuius opera salutem recuperauerat, fore gratissimum intelligit. nam si talem Caesari animum praefstat: quid faciet ei, cui se plus, quam Caesari, debere, iam dixit? **F A C I L I A** sunt, nam, quae caussae ad ornandum Caesarem adduxerunt, iisdem, ut cum Vatinio, & Crasso in gratiam redirem, adductus sum. **D E A P P I O** cum quo per Pompeium, cuius filio nuperat Appij filia, in gratiam rediit: ut est in ep. ad M. Brutum, apud Quinctilianum. **D E V A T I N I O** quem, scire uis, cur defenderim, & laudarim. Geserat cum eo graues inimicities Cicero, tum reip. caussa, quia leges contra senatus uoluntatem, contraq. morem majorum tulerat in tribunatu; tum etiam, quia testimonium dixerat in Sextium, quem Cicero de uī accusatum defendit. **P E R P O M P E I U M**, quo consule comitia habente, superiore proximo anno practor Vatinius creatus est, M. Catone reiecto: qui cum ante Vatinium populi suffragijs practor fieret, consul Pompeius, auspicio mentitus, comitia dissoluit. quod ei, augur cum esset, iure, facetotij licebat. Plutarchus in Pompeio, Dio lib. 39. **P R A E T O R** est saecus; corruptis suffragijs, anno proximo, consulibus ex interregno creatis Pompeio, & Crasso. Plutarchus. **C A T O N I S**, uiri optimi, qui cum Vatinio, nequissimo homine, praejuram anno proximo superiore petens, repulsa tulerat: hoc autem anno practor erat ep. 2. lib. IIII. ad fratrem: Asconius in commentario orationis pro Scauro. **D E F E N D E R E M**, accusatus est Vatinius, ut ait Pedianus in commentarij prooemio orationis pro Scauro, Appio & Domitio cos. id est, quo anno scripsit Cicero hanc epistolam: accusatus autem a C. Licinio Caluo de ambitu, quia practoria comitia corrupserat, nam & centurijs nummos ab eo contra leges datos, ait Plutarchus in Pompeio:

Pompeio : & Quintilianus locum recitat lib. vi. ex oratione Calui contra Vatinium de ambitu reum. Egregie, inquit, in Vatinium Caluus: Factum ambitum scitis omnes : & haec nos scire, omnes sciunt. Idemq. lib. v i. ponit illud ex oratione Calui in Vatinium : Perfrica frontem, & dic te dignorem, qui praetor fieres, quam Catonem. Aquila quoque Romanus haec recitat ex Calui oratione in Vatinium: Non ergo pecuniarum magis repetundarum, quam maiestatis; neque maiestatis magis, quam Plautiae legis; neque Plautiae legis magis, quam ambitus; neque ambitus magis, quam omnium legum omnia iudicia perierunt. Legimus etiam in Seneca, declamationum lib. vi. Caluus, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de eloquentiae principatu habuit, usque eo concitatus auctor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vatinius reus: Rogo uos, iudices, num, si iste disertus est, ego damnandus sum? Accedit Cornelij Taciti testimonium in dialogo de oratoribus. Versantur, inquit, in manibus hominum studiosorum accusationes Calui in Vatinium, ac praecipue secunda ex his oratio. Et infra ibidem: Nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno & uicesimo Caesar Dolabellam, altero & uicesimo Afinius Pollio Catonem, non multo aetate antecedens Caluus Vatinium, ijs orationibus infsecuti sunt, quas hodieq. cum admiratione legimus. Ipse Vatinius ita scripsit ad Ciceronem lib. v. Si tuam consuetudinem in patrocinis tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te uenit, qui pro se causam dicier uult. non puto, repudiabis in honore, quem in periculo receperisti. Et ad Q. Fr. ep. ult. lib. 2. Post meridiem, inquit, Vatinium aderam defensurus. MIRA contentio } nec mirum: tribunatum enim suum ex Caesaris ibidine Vatinius gesserat: in quo, praeceps alia, legem tulerat, inuito senatu, de Gallia citeriore ab eo simul cum Illyrio per quinquenium obtinenda. Suetonius, Plutarchus, omnes historici. LAUDARI M,} dixi iam laudari solitos esse reos ab amplissimis uiris; quod eorum laudatio quasi quaedam apud iudices commendatio uideretur. NE. TIBI ego idem reponam,} ne ego quoque abs te quaeram, cum ueneris, cur non nullos in iudicio laudaris, de quibus tamen haud optime sentias: possum idem quaerere a te absente: cum ex Hispania citeriore quibusdam laudationem miseris. Causam igitur defendendi Vatinij, Caesaris contentionem posuit. &, quia subiucere Lentulus poterat: an etiam, ut eundem laudares, Caesar contendit? excusat laudationem suam ipsius Lentuli exemplo, cum alia ratione uix posset: siquidem necessaria, contendente Caesare, defensio uideri poterat, laudatio autem, uoluntaria. Scimus autem, hoc esse positum in oratoris artificio, ut, cum rationes & argumenta non suppeditant, ad exempla configuat. VLTIMIS terris} Hispaniae duae fuerunt, citerior, & ulterior: quam utramque anno superiore & senatus, & lege a tribuno pl. Trebonio perlata, populus Pompeio dederat. hic de citeriore accipiendum; cui praefuisse cum imperio Lentulum, supra demonstratum est ijs uerbis. Cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtaineres. Et quamquam ulterior Hispania potius, quam citerior, ultima terrarum esset ad Oceanum usque pertinens: ad commune tamen Hispaniae nomen Cicero spectauit, cum esset ea tota prouincia ad occidentem, sicuti ad orientem Syria, terminus imperij Romani. De Cilicia tamen, quae citra Syriam est, dixit Cicero ep. 7. lib. xv. A te ipso missi in ultimas gentes. Non quod ultimae gentes, sed quod inter ultimas imperij Romani. Sallustius autem in Coniuratione Catilinae: Pompeius in extremis terris bellum gerebat, id est, extremis imperij, in finibus imperij, ad imperii fines. Et Neppos in Attici uita: Antonius ex ultimis terris, quid ageret, quid curae sibi haberet, certiorem faciebat Atticum. MISERIS,} per litteras etiam ab ijs, qui aberant, rei laudabantur. Asconius in commentario pro Scauro: & Plancus Bursae laudationem a Pompeio, cum esset proconsul ad urbem, ad iudices misum, legimus in Dion. lib. x. l. PERTIMVERIS,} apparuit, laudatos a Lentulo, qui ab optimatis dissiderent. SED tamen,} omissa laudatione, redit ad caussas defensionis. quod enim P. Clodium quidam optimates, Ciceronis inimicum, ipso praesente amplexarentur, in manibus haberent, fouerent, oscularentur, ut ei stomachum facerent: propterea, ut eorum consuetudinem imitaretur, & quasi par pari referret, ipse quoque, hominem optimatibus inuisum, Vatinium defendit. PAR pro pari referto,} sic stat uerus: Par pari trocheum admiscebatur, qui locum non habet in senariis. Graeci dicunt, αττικον. QVIDAM nobiles homines,} de quibus ante: Certorum hominum sermones referebantur ad me; qui, cum illa sentirent in rep. quae ego agebam, semperq. sensissent, me tamen non satisfacere Pompeio, Caesaremq. inimicissimum mihi futurum, gaudere se aiebant. Et aliquanto post: Quidam homines in capite meo solum elaborauerunt, reliquum corpus imperfectum, ac rude reliquerunt. SEVERE seducerent,} quasi de graibus, serijsq. rebus cum co deliberatur. adhibetur enim ad seria seueritas. unde praecipuum illud lib. i. Off. Videat in primis, quibus de rebus loquatur: si serijs, seueritatem adhibeat; si iocosis, leporem. SVVM Publum,} Clodium, cum quo in gratiam redierant. quae maxime res ab optimatum caussa Ciceronem abalienauit, & cum Caesare, totaq. Caesaris factione coniunxit, ut etiam duos maxime omnium infensos, atque inimicos optimatibus, Gabinium rogatu Pompeij, Vatinium Caesare contende defenserit, & laudarit. hoc ipsem etiam in oratione de prouinciis: Leuissime feram, si forte ijs minus probaro, qui meum cu inimico suo redditum in gratiam uituperabunt; cum ipsi & cum meo, & cum suo inimico in gratiam redierint. LEVITER repungere,} excusatio triplex, quod leviter eos offendat, quod lacesitus, quod in re simili, id est in altero Publico. SAEPER facio,} quod in iudicio dixi, saepere facio, ut eorum animos leviter repungam. DIES, hominibusq. approbatibus,} sine ulla cuiusquam reprehensione. sic ep. 4. lib. 2. ad Q. Fr. Vatinium, a quo palam oppugnabatur Sextius, arbitratu nostro concidimus, dijs hominibusq. plaudentibus. Contra ep. 2. lib. iii. ad eundem: Probe premitur Gabinius: nisi noster Pompeius, dijs hominibusq. inuitis, negotium inuertit. HABES de Vatino,} cur Vatinium defenderim, cognouisti. Habes, inquit; quia, quae audimus, accipimus animo. infra:

infra: Accepisti, quibus rebus adductus, quamq. rem, caussamq. defenderim. D E C R A S S O: de quo quaevisse Lentulus non uidetur. nam in prima epistole parte Caesar, Appius, Vatinius, ex Lentuli litteris, nominantur, Crassi nulla mentio. sed Ciceroni propositum in primis hoc est, ut excusat ea, quae sibi aliquam inurere notam inconstantiae possint. quare, cur & cum Crassus post reconciliationem contendit, &, post contentionem, rursus in gratiam redierit, causas diligenter exponit. M A G N A iam grata: uestus inter eos fuerat similitus, uel exorta Cicerone consule, cum Crassus Catilinae consiliorum particeps esse putaretur, ut historiae declarant; uel, ut ego arbitror, multo ante, cum Cicero ab adolescentia sua, ut in hac epistola iam dixit, Pompei fautor extitisset, Crassusq. saepe, ut ep. 12. lib. 1. ad Att. scripsit, in Pompiana laude perstrinxisset: in iustitione quidem legis Maniliae, laudem seruulis belli, Crassus uirtute confecti, magna ex parte ad Pompeium transfert. Primus dies eos in gratiam reduxit, cum Crassus in senatu, praesente Pompeio, a Mithridatico bello proxime reuerso, de rebus a Cicerone consule in urbe gestis ornatisime locutus est. cuius orationis illustrem sententiam cum Cicero ad Atticum scripsisset, subiunxit. Hie dies me ualde Crassus adiunxit. Rursus odium intet eos emersit, quo anno lege Clodia Ciceron pulsus est, Crassus Clodium adiuuante, ut in Plutarcho legimus. Iterum autem reconciliati, restituto in patriam Cicerone, intercedente Publio Crassus filio, Ciceronis amantissimo, ut idem Plutarchus. Tertiae tum dissensionis, tum etiam reconciliationis causa hic exponitur. C O M M V N I S concordiae causa: quod priuatas inimicitias reip. donandas putaret; ne quando priuatis odiis publica impeditetur utilitas. C O N T R I V E R A M: deppresseram, consumperam. contrita enim vim non habent. sic in Tusc. 5. Cum uirtutem ad caelum extulerint, reliqua ex collatione facile est conterere, atque consumere. D E F E N S I O N E M Gabinij: in senatu, cum in absentem Gabinium acerbissime inuectus est Cicero. oratio de prouincijs, & in Pisonem. D I S P U T A N T E M: cum eo in senatu. nam, in iudicio, dixisset potius, agentem. L A E S I S S E T: contumelia uerborum. satis enim constat, non eorum modo animos laedi, contra quos aliquid fit, sed eorum etiam, contra quos dicitur. in quibusdam tamen antiquis libris, Laesisset. E X A R S I: ut ignis ex arida materia, sic nos iniuste laesi ex ardore iracundia. bilis enim qua commota iracundiam gignit, assimilatur igni, atque etiam, ut philosophis placet, accipitur ab igne, ut animus spirabilis ab aere, humor ab aqua, uiscerum soliditas a terra. quod lib. 2. de Nat. de. Cicero tradidit. Vsurpatur autem tribus modis hoc uerbum: exarsi iracundia, uel dolore: exarsi iracundia, uel dolor: exarsi, simpliciter. primi generis exemplum hic habemus, & in Verrem, Exarsi iracundia, ac stomacho. in ep. ad Brutum, In causa Bruti exarsi incredibili dolore. Alterum genus cognoscitur ex epistola 3. lib. 2. ad Q. Fr. Clodiani nostros consputare coepserunt, exarsi dolor. Simpliciter autem, ep. 21. lib. 2. ad Att. Similis uulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiae, uereor ne exarferint. Et in proo- mio lib. III. de Orat. Cum homini & uehementi, & diserto quasi quasdam uerborum faces admouisset, non tulit ille, & grauiter exarsi. E F F U D I S S E: cum in gratiam rediuiimus, nihil putauit reliquum esse odij. R E S I D U V M tamen inscidente me fuisset, tota hacc de ueteris odij erupione sententia duas partes habet, unam ex uno membro, cum inclusum illud odium omne repente apparuit; alteram ex duobus. Quod ego effusisse me omne arbitrabar, residuum tamen inscidente me fuisset. utraque igitur pars a se ipsa regatur, necesse est, quod cum ita sit; quapropter, unde pendeat hoc, Residuum tamen inscidente me fuisset. non enim ad uerbum, Quod, accusandi casu enunciatum, referri uidetur posse. quare aut subaudiendum alterum, Quod: ut ita dicat: Quod ego effusisse me omne arbitrabar, quod tamen inscidente me residuum fuisset: aut solocicimi species quaedam uidebitur: cuius generis alia quoque in Cicerone, Pediano etiam teste, animaduertentur. F V I S S E T: placet: et si uarie scriptum esse uideam in aliquot antiquis libris, Fugisset, Effugisset, Fudisset. I D E M illi: ueteres in plurali quoque dicebant, Idem: sed melior consuetudo, ut Idem diceretur, obtinuit, quod analogiae lib. 2. Caesarem probasse Carisius ostendit. S A E P E . N V T V , significacione q. appello: de his enim saepe iam locutus, neminem umquam nominauit. M A X I M U M fructum: pro laetitia potius, quam utilitate, Fructum hic accipio, ut etiam ep. 5. lib. x. Ex suis litteris cepi fructum duplicum, mihiq. in comparatione difficilem ad iudicandum, amorem ne erga metuum, an animum in rem pluris aestimandum putarem. Et in extrema epistola: Ad tuam sum- man liberalitatem, qua te scio libentissime solere frui, pertinere; pro lactari. Ex libertate mea: propter haec omnia: quod, sedente Cn. Pompeio, dixerim me Bibuli fortunam, quam Vatinius afflictam putarat, omnium triumphis, uictorijsq. anteferre: quod, eodem teste, alio loco, cosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegerissent: quod in Vatinium summa libertate, animoq. maximo, de ui, de auspiciis, de donatione regnorum, omnia dixerim: quod senatui quoque auctor fuerim, ut de agro Campano idibus Maij referetur: postremo, quod cum Crassus magna libertate contenderim. F O R I S: uulgo, apud omnes homines: ut ep. 7. lib. 2. ad Q. Fr. Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. foris ualde plauditur. Et ad eundem, ep. 2. lib. II. Nihil hominum sermone foris clarus. F R V C T V M tulisset: bonam de me hominum opinionem auxisset. Q V I . I N eadem causa essent: communis erat causa Crassi, Caesaris, Pompeij, qui ad ipsorum potentiam omnia referebant. I N I Q Y I: cur enim, cum ex libertate mea maximum fructum cepissent, inimicissimos mihi fore principes uiros lactabantur? H O N E S T I S S I M O S: in primis honoratos. ep. 15. lib. 2. Caesarem ho- nestum esse cupio. P E R F E R R E N T V R: dixit supra: Sermones ad me referabantur. I T A contentisset, ut nihil unquam magis: supra, eadem sententia aliter expressa: Caesaris, ut illum defendarem, mira contentio est consecuta. Eodem modo accipitur, Pugnare, ep. 32. lib. 7. M A X I M A molestia: quid mirum? cum, praeter initam inter eos in causa populari societatem, Crassi filij quaestor Marcus,

Publius legatus, Caesare imperatore in Gallia mererent. TEMPORVM meorum, } earum calamitatum, quas olim pertuli, quia nimium in rep. libere sensisse. quod ne iterum accideret, prouidendum fuit. Hoc nomine casus aduersos interdum appellat, ut in extrema epistola: Scripsi uerbis tres libros de temporibus meis. Et in fisatione Maniliae legis: Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. NATVRAE: } quae me ab omni contentione reuocabat. PAENE a meis laribus, } non re uera a meis laribus, cum domi meae non cenauerit, sed paene a meis laribus, cum & apud me cenauerit, & in hortis generi mei. Lares pro aedibus ponuntur, quia praecesse putabantur aedibus: & ijsdem sunt omnium aedium lares, penates autem singularum aedium proprii. ideo separatim eos Plautus nominavit in Merc. Ego mihi alios penates deos persequar, alium larem. CONDIXISSET, } in diem certum denunciasset. sic enim Festus interpretatur. A PVD me, } apud me, apud Pompeium, apud se, ualeat in aedibus meis, in aedibus Pompeij, in aedibus suis. hic igitur non omnino proprio dictum est. Apud me, quia cenauerat Crassus non in Ciceronis aedibus, sed in hortis Crassipedis. uerum hortos Crassipedis quasi suas aedes putat: ideo dixit etiam, Paene a meis laribus. COMENDATIONE: } laude. IN senatu, } hac de re sic ad Crassum, epist. 8. lib. v. Et cum consularibus, & cum multis consularibus tanta contentione decertauit, quanta numquam antea ulla in causa: ueteriq. nostrae necessitudini iamdiu debitum, sed multa uarietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. MEA fides, } post reconciliationem. REM, caussamq, } Res, ut supra demonstrauit, totum negotium significat; Caussa negotii pars est, quae ad aliquem proprium pertinet, res igitur est hic, id quod Pompeio, & Caesari placbat: quos offendere, temporibus admonitus, Cicero nollebat: caussa uero, Vatinius, & Crassus, quorum alterum in iudicio, alterum in senatu, rogatu Caesaris, & Pompeij, defendebat. IN . REP. capessenda, } dixi jam, Remp. capessere, idem esse, quod, administrare. PRO mea parte, } quod ad me attinet. dixit enim epistola initio: Ostendam, qui sit meus sensus, & status. MIHI integra omnia, ac libera fuisse, } si mihi pro' meo sensu, ac iudicio rep. capessere licuisse: id quod non licuit; cum me fratris mei fides, Pompeij, Caesarisq. beneficia, optimatum iniuriae commouerint. Paullo post: Si essent omnia mihi solutissima, tamen in rep. non aliis essem, atque nunc sum: cum uero in hunc sensum & alliciar beneficiis hominum, & compellar injurijs; facile patior ea me de rep. sentire, ac dicere, quae maxime cum mihi, tum etiam reip. rationibus putem conducere. Ideo autem plane integrum Ciceroni non erat, ut id ageret, quod maxime probaret; (probauerat autem semper, ac defenderat optimatum caussam, quam Caesar, & cum eo coniuncti Pompeius, & Crassus, populari via potentiam quaerentes, oppugnabant) quia cum Pompeium non solum beneficio, sed amore etiam, ac perpetuo quodam iudicio diligeret; Caesaris autem in se, fratremq. suum mirificam liberalitatem esset expertus; praeterea reconciliatos cum inimico suo, familiariq. coniuctos amicitia, principes optimatum uideret; discedere a pristina sententia cogebatur. CONTRA tantas opes, } quod erat periculosum. NE QVE delendum, } quod ipsa resp. nolle uideretur; dixit enim supra: Vehementer res ipsa publica me mouet; quae mihi uidebatur contentionem, praesertim maximis rebus a Caesare gestis, cum illis uiris nolle fieri, & ne fieret, uehementer recusare. CONVERSIS rebus, } respexit ad illud Platonis, Quales in rep. principes essent, tales reliquos solere esse ciues. TEMPORIBVS assentendum, } ep. 9. lib. iv. Tempori cedere, id est necessitat parere, semper sapientis est habitum. Dixit idem alijs uerbis in oratione pro Plancio: Stare, inquit, omnes debemus tamquam in orbe aliquo reip. qui quoniam uersetur, eam diligere partem debeamus, ad quam nos illius utilitas, salusq. conuerterit. PRAESTANTIBVS uiris } ijs, qui optime administranda reip. scientia praestiterunt. VT. IN nauigando, } nihil iucundius, atque etiam nihil utilius, quam in legendu similia conferre. quo in genere qui uersantur, his fere neque deest umquam, quod scribant, & ea, quae scribunt, augere, & exornare facile possunt. Usus est Cicero in oratione pro Plancio eadem sententia, sumpto a nauigantibus exemplo. An, inquit, cum uideam nauem secundis uenit cursum tenentem suum, si non ea cum petat portum, quem ego aliquando probauit, sed alium non minus tutum, atque tranquillum, cum tempestate pugnem periculose potius, quam illi, salute praesertim propensa, obtuperem, & paream? neque enim in constantis puto, sententiam, tamquam aliquod nauigium, atque cuiusum, ex reip. tempestate moderari. Cuius loci extremam partem ijsdem uerbis iteratam uideor in oratione pro Balbo. Assentior, inquit, non omnibus: neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam, tamquam aliquod nauigium, atque cursum, ex reip. tempestate moderari. Et ad Att. ep. 6. lib. xvi. Nemo doctus umquam mutationem confilij, inconstantiam dixit esse. PORTVM tenere, } pro, obtinere. ep. 1. Teneri enim res aliter non potest. MVTATA uelificatione, } obliquo cursu, non directo, qui erat institutus. TAMEN peruenire, } non tam cito, sed aliquando tam uerire. CVN dignitate otium, } ep. 7. Neque salutis nostrae rationem nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. Et in principio lib. 1. de Oratore: Perbeati fuisse illi uideri solent, qui in optimis rep. cum & honoribus, & rerum gestarum gloria florarent, cum uitae cursum tenere potuerunt, ut nel in negotio sine periculo, uel in otio cum dignitate esse possent. NON idem semper dicere, } more nauigantium, qui non eundem semper cursum tenent, sed eundem tamen portum, licet mutata uelificatione, semper spectant. NON idem sensu dicere, sed idem semper spectare debemus, } salutem reip. quae sententiam a nobis eandem perpetuo non postulat. Pro Plancio: Ego uero haec didici, haec uidi, haec scripta legi; haec de sapientissimis, & clarissimis uiris & in hac rep. & in alijs ciuitatibus monumenta nobis litterae prodiderunt; non semper easdem sententias ab eisdem, sed quascumque reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiae postularer, esse defendendas. SOLVITISSIMA, } soluta, & libera Ciceronis uoluntas non erat;

erat; cum & aliceretur Pompeij, Caesarisq. beneficijs, & compelleretur optimatum quorundam iniurij. **FACILE** patior; ita loquebantur, cum aliquid se nec admodum libenter, nec molestetamen facere significabant. ep. 7. lib. v. Si quando non mutuo respondeatur officijs meis; plus apud me officij residere, facillime patior. **CVM** mihi; coniuncta cum praesidijs ijs, quae semper habuerat, potentium benevolentia. paullo post. **REIP. rationibus**; publicae causae, omnium libertati. supra: Laetus sum, quod mihi liceret in eadem causa & mihi utilia & cuius bono recta defendere. Sic locutus in prooemio Rhetoricorum: Is mihi uir & suis, & publicis rationibus utilissimus ciuis fore uidetur. **A P E R T I V S** haec aeo; ita me sentire profiteor. **L E G A T V S** est Caesaris; in Gallia. misus a Caesare cum legione in Neruios, Eburonum, Aduaticorum, Neruorum obsidionem fortiter sustinuit. Caesar lib. v. **I T A** illustri gratia; quaecumque a me in illum profecta sunt, ita perspicue, sibi accidisse gratissima, demonstrauit, ut ego eum, uel minimis meis officijs, mihi obstrictum putarem. **G R A T I A**: apud populum ualere enim in senatu auctoritate, apud populum gratia, proprie dicitur. Et Caesar, qui semper ad principatum spectauerit, mire popularis ab adolescentia fuit, multaq. per populum, quae a senatu impetrare nequifuerit, consecutus est. **O P I B V S**; Opum nomine, quantum ualeamus, continetur. ep. 6. lib. vi. **C O N S I L I A** frangere; non dissimile, Cogitationes debilitare, ep. 6. **P O T E N T I V M** benevolentiam; eadem sententia ep. 8. lib. iii. ad fr. Praesidium firmissimum petebamus ex optimi, & potentissimi uiri benevolentia ad omnem statum nostrae dignitatis. Hoc nimur illud est, quod siue dixit, spectandum esse cum dignitate otium, habendam non dignitatis modo rationem, sed etiam salutis. **E S S E M** usus eisdem; indicat, eo se facilius in eam mentem esse deductum, quod probari a Lentulo consilium suum existimarit. quasi, Lentulo aliter sentiente, aliter ipse quoque sensurus fuerit. hic illud spectat ep. 8. Ego quidem, ut debo, & ut tute mihi praecepisti, me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti: **T E M P E R A N T I A M**, & moderationem; notum est ex Aristotele, & alijs, Temperantiae nomine, perfectam uirtutem, qua indomitae, atque exsultantes animo libidines cohibentur, indicari. uerbum igitur, Moderationem, sententia non requirit. Sed a more philosophorum longe distat oratoria loquendi consuetudo. Saepe copiam querit Cicero non ut augeat, immutet ue sententiam, sed ut explanet magis. neque uero nesciebat, moderationem a temperantia non differre, cum ipse & lib. 2. de Fin. & Tusc. 3. Temperantiam definierit, atque explicauerit moderationis nomine: & lib. 1. Off. ubi quattuor uirtutes nominat, moderationem pro temperantia usurpauerit: sed, ut dixi, aperiendae, atque explanandae rei gratia, non necessariam ubertatem interdum amat. codem modo ep. 27. lib. xii. Est ita temperatis, moderatisq. moribus, ut summa severitas cum humanitate iungatur. **A M I C I S S I M U M**; itaque non dubito, quin ea uoluisses, quae meis conducere rationibus existimas. **S V F F V S V M**; translato uerbo latere interdum in animo malevolentiam significat, ut aqua latet subter cutem fusu. Si lib. 2. de Orat. Aetherem calore suffusum dixit. **M A G N V M**, & excelsum; quae uirtus plane uiro digna. Gracci μεγάλων χαρακτήρων, Cicero lib. 1. de Off. Magnanimitatem uocat. Magni autem excelsiq. animi est, neminem odisse, res eas paruipēdere, quibus alij ad malevolentiam, ac nocendi cupiditatem facile commouentur. Eidem tribuit animi magnitudinem ep. 5. & 7. & in libro de claris oratoribus. **A P E R T V M**, & simplicem; quod bonitatis est. ideo, quid sentires, qui tuus in me, ceterosq. animus eset, nullo negotio perspexi. **T A L E S**; intuidos. nam ep. 7. In te, inquit, homine omnium nobilissimo, similia inuidorum uitia perspexi. Notatur etiam perfidia optimatum quorundam, Ciceroni in salute, Lentulo in dignitate cognita. ep. 5. 6. 7. **M O V E R V N T**; ut quibusdam in sententijs paullum me immitarem, meamq. uoluntatem ad summorum hominum, de meq. optime meritorum, dignitatem aggregarem. **S A L V S** mea; ut in patriam redirem. **E T I A M** digitas; modeste petit, ut eundem se praebeat Lentulum in eius tuenda, atque augenda dignitate, quem in recuperanda salute praefitterat. **S O C I V M**, comitemq.; non dixit, adiutorem, ut arrogantiam uitaret; & simul, quod in societatis nomine quaedam inesse uidetur benevolentiae significatio. Socius autem, proprie, agentem adiuuat: comes euent sequitur. **O R A T I O N E S**; triennio scriptae, Marcellino, & Philippo cos. ut pro L. Calpurnio Bestia, pro P. Sextio, in Vatinium, de prouincijs consularibus, de haruspicum responsi: Pompeio, & Crasso, in Pisonem: Domitio, & Appio, pro Scauro, pro Vatinio, pro M. Coelio, atque etiam pro A. Gabinio, quem rogatu Pompeij hoc anno defendit, ut ex Dion. lib. xxxix. & ex epistolis ad Atticum, ad Q. fratrem intelligitur. nominant & orationem de rege Alexandrino rhetores Latini, Aquila, & Fortunianus: quam opinor habitam esse Marcellino, & Philippo cos. quo anno scimus actum esse in senatu magnis contentionibus de restituendo Ptolemaeo, Aegypti rege. **M E N O C R I T O**; Lentuli liberato. uilitatus nomen est, Menocratis, quam, Menocriti: sed libri ueteres in Menocrito consentiunt. **V T** pertimescas; iocatur; quali multarum orationum lectio molestiam Lentulo allatura sit. **R E F E R O Q.** ad mansuetiores musas; hoc plane anno poemā ad Caesarem uidetur scripsisse, de quo ep. 8. & 9. lib. iii. ad fratrem: fatebor tamen ingenu, quod mihi non mediocrem dubitandi causam attulit. certe enim, cum dicat Cicero, Referoq. me ad mansuetiores musas, uidetur de poemate aliquo, a se scripto, uelle subiungere: nec tamen id facit: nam infert statim, Scripti igitur Aristotelico more tres libros in disputatione, ac dialogo de oratore. Musis autem cum oratoria quae communis est? quare vereor interdum, ne hoc totum, quod, inclusum parenthesi, a ceteris distinguitur, transferendum sit aliquo modo ad illud infra positum, Scripti etiam uerbis tres libros de temporibus meis. Nisi si mansuetiores musas uocauit ea studia, quae domi culta, ad lenitatem, atque humanitatem animos traducunt; cum orationes in foro habitac contentione habeant, confirmare uidetur hanc opinionem locus ep. 12. lib. xvi.

Tu mutis

Tu musis nostris, para, ut operas reddas. Et alibi Musas pro litteris posuit, ut ad Att. ep. 5. lib. 2. Cum omnibus musis rationem habere cogito. A P R I M A adolescentia } adolescentulus Arati poema conuerit, quod hodie, temporis iniuria, mutilū habemus. Puer etiam tetrametro uersu librum composuit, quē, ut ait Plutarchus, inscripsit, Pontius Glaucus. D E L E C T A R V N T } nō ad proximum, quo se ad musas referre solitus est, sed ad longinquum adolescentiae tempus uerbum, Delectarunt, accommodauit: ut sit, ita me delectant, ut olim adolescentulum delectarunt. Simile illud in Bruto, de cōmentarijs Caesaris: Nudi sunt, recti, & uenusti, omni ornatu orationis, tamquā ueste detracta. Quod est: omni distracto, tamquā ueste, orationis ornatu. S C R I P S I igitur Aristotelico more, quemadmodum quidem uolui, tres libros in disputatione, at dialogo de Oratore. } Quid sit, Aristotelico more, mecum ipse quaero, utrū, quia dialogos & Aristoteles compositos erit, qua de re Plutarchi testimonium exstat in consolatione ad Apollonium, & Basili in epistola ad Diodorum, Themistij praeterea, & Philoponi: an uero, quia more quodam, non vulgari, sed exquisito, qualis Aristo telis mos fuit, artis oratoriae praecepta tradiderit. in quam euidem sententiam facile, & libenter inclino, commotus maxime sequentibus uerbis, Quemadmodum quidem uolui: quibus minuere Cicero uoluit arrogiantiam, quasi nimium se extulisset, professus Aristotelico more se scripsisse de oratore: maioremq. etiam praesetulit modestiae speciem, cum subiunxit: Quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles, Arbitror, inquit: quod fidentis non uidetur: abest enim affirmatio. Lentulo tuo: adolescenti, non uiro. nam facultatis in eo plus requiritur, qui uiris placere uelit. Non inutiles: & hic opinionem uitat arrogantiae. nam si, Vtiles, dixisset; promissio maior erat. Haec omnia modestiam declarant. et illud, Quemadmodū quidem uolui; ualeat hoc: an sim assecutus, ignoro: uolui quidem certe. Praeterea, doctrinam hic potius, & acumen Aristotelis, quam scribendi genus, indicari, ob eam caussam arbitror, quod in scribendi genere Platonem, & Xenophontem, quorum dialogis Aristotelis dialogos nemo conferre ausus est, aut solos, aut cum ipso saltem Aristotele nominasset. Sin ad doctrinam simul, & scribendi genus respexisse Ciceronem aliquis dicat: non prius hoc mihi persuaserit, quam, scriptum esse ab Aristotele de oratore dialogum, ostenderit. unum autem eius dialogum de animo, Eudemum inscriptum, praeterea nullum, quod euidem legerim, ueteres nominant. Basilius quidem dialogorum Aristotelis nomina non ponit: sed eū ait, & Theophrastum, cum dialogos compонere essent aggressi, deterritos uenustate Platonis ad aliam se scribendi rationem contulisse. A B H O R R E N T enim a communibus praeceptis, } Quaenam erant communia praecepta? ea scilicet, quae lib. 1. de orat. exponuntur ex persona Crassi. Non negabo, inquit, me ista omnium communia, & contrita praecepta didicisse: primum, oratoris officium esse, dicere ad persuadendum accommodate: deinde, esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione, aut de re certis in personis, ac temporibus locata. &c. Haec igitur Cicero in ijs libris non esse ad bene dicendum ualde necessaria confirmat: & praestantiora quaedam docet, partibus ita distributis inter Antonium, & Crassum, ut ille lib. 2. de materia oratoris, hic lib. 111. de ornandi ratione differeret. His autem libris nihil posse fieri elegantius, aut etiam utilius, conuenit inter homines eruditos, atque ipse Cicero, de ijs quid sentiret, ostendit in ep. 19. lib. xiiii. ad Att. Sunt, inquit, libri tres de oratore, mihi uchementer probati. O M N E M antiquorum } Aristotelis, & Isocratis: quod sequentibus uerbis declaratur. quamquam antiquorum etiam omnium oratoria ratio in uno Aristotele continebatur. scripsit enim librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, ut lib. 2. de Inuent. & lib. 2. de orat. legimus. Opposuit autem, Antiquorum rationem oratorium, Communibus praeceptis: quod erant Romae, qui vulgo rhetoricae artem docerent, & dicendi praecepta traderent. id Sullanis temporibus primus professus est L. Plotius Gallus, ut ad Titinium scripsit Cicero: cuius haec Suetonius uerba recitat in libro de claris rhetoribus. Memoria teneo, pueris nobis Latinae docere coepisse L. Plotium quandam: ad quem cum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud cum exerceretur; dolebam idem mihi non licere. continebar autem doctissimorum hominum auctoritate; qui exissimabāt, Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse. A R I S T O T E L I C A M, } non opinor hos tantum, quos nunc habemus, sed alios quoque significari Aristotelis libros de ratione dicendi. ex his quidem, qui exstant, dubitari non potest, quin multa Cicero transtulerit in suos oratorios libros, praesertim in tertium: quod accurate legentibus patet. De alijs uero ciudem Aristotelis rhetoricas libris, haec scripsit Cicero lib. 2. de Orat. Inter hunc Aristotelem, cuius & illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, & illos, in quibus sua quaedam de eadem arte dixit, & hos germanos huius artis magistros, hoc mihi uisum est interesse. Quis porro neget, ex eo maxime libro, quo superiorum omnium artes complectebatur Aristoteles, multa Ciceronem in suos oratorios reuulisse, cum ex eodem libro multa sumpserit adolescentis, ut eos, de Inuentione quos inscripsit, minime cum oratorijs comparandos, ueterum doctrina locupletaret? quod ipse lib. 2. ciui artis, in prooemio, docet his uerbis: Nobis omnium, quicumque fuerant ab ultimo principio huius praeceptionis usque ad hoc tempus, expositis copijs, quacumque placeret, eligendi potestas fuit, ac ueteres quidem scriptores artis, usque ab principe illo, atque inuentore Tisia repetitos, unū in locum conduxit Aristoteles, & nominatim cuiusque praecepta, magna conquisita cura, perspicue scripsit, atque enodata diligenter exposuit; ac tantum inuentoribus ipsis suauitate, & breuitate dicendi praestit, ut nemo illorum praecepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes, qui, quod illi praecipiant, uelint intelligere, ad hunc, quasi ad quandam multo commodiorem explicatorem, reuertantur. Haec Cicero, deinde, facta mentione eōrum, qui Aristotelem, aut Isocratem secuti, praecepta dicendi reliquerunt, Nos, inquit, nobis omnes, quoad facultas tulit, proposuimus, & ex nostro quoque nonnihil in commune contulimus. Sumpsit igitur Cicero ab Aristotele multa, neque ex ijs modo libris, quibus nunc utimur, sed ex ijs etiam, qui malo quodam periere litterarum fato. Praeterea gloriatur, ita se scripsisse oratorios, ut a communibus praecep-
tis

ptis abhorrent, omnemq. antiquorum Aristotelicam, & Isocraticam rationem oratoriam complectentur. Laertius quatuor corpora rhetoriconum librorum Aristotelis nominat, Gryllum, unicum librum, in quo, ut lib. 2. Quintilianus ait, quaedam subtilitas sua argumenta, quaerendi gratia, excoxitauit; alterū, duos rhetoricae artis libros; tertium, unicum librum, quem inscriptis Ars; quartum, libros diuos, eadem inscriptione. quo numero tres, qui hodie sunt in manibus, exclusos uidemus. At Cicero, & Quintilianus, ut supra demonstrauimus, illos agnoscunt. **I S O C R A T I C A M }** De Isocratis arte discrepant iueterum sententiae. Plutarchus certum ambigere se ostendit, cum illa mandauit litteris in eius uita: Εἰσὶ δέ ὅι καὶ τέχνας αὐτὸν λέγετο συγγεγέρθεν: οἱ δέ, ἐμεθόδω, ἀλλὰ σκηνούχεοσσοθε. Hermogenis interpres Isocrati eam tribuit, Ισοράτην, inquiens, φυὲν εν τῇ τέχνῃ, ὡς εν τῷ θηγυήσα λεκτεογ τότε πράγμα, καὶ τὰ πρὸ τῷ πράγματος, καὶ τὰ μετα τῷ πράγμα, καὶ τὰ διανοίας, οἷς ἔκαστος ήδη ἀγωγούσαν ζεψενος, τό δέτι πεποχε. Cum eo sensit Quintilianus lib. III. nam, cum de Aristotele, & Isocrate loquuntur, Ars, inquit, est utriusque, sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est. Idem tamen proflus ambiguus lib. I. cum ait: Haec opinio originem ab Isocrate (si tamen re uera ars, quae circumfertur, eius est) duxit. Cicero noster eam plane repudiat lib. 2. de Invent. Fuit, inquit, eodem tempore, quo Aristoteles, magnus, & nobilis rhetor Isocrates: cuius ipsius quam constet esse artem, non inuenimus: discipulorum autem, atque eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte praecepta reperimus. Hanc ergo dubitationem & scriptoris nomine ortam existimo, quia fuit alter Isocrates, Isocratis magni discipulus; a quo scriptam artem rhetoricanam suspicari licet; cum praesertim discipulorum Isocratis multa se reperiire dicendi praecepta Cicero dicat. Ac me quidem in hanc suspicionem illa etiam ratio ducit, quod Isocratis eiusdem iunioris esse orationem illam ad Demonicum, quae Isocrati magno tribuitur, Harpocration testis est. Atque hacc omnia illuc refero, ne quis putet Ciceronem, quia dixerit Isocraticam rationem se esse complexum tribus oratorijs libris, Isocratis ipsius artem legisse, quam negauit ullam reperiri lib. 2. de Invent. itaque, Isocraticam, interpretor, ab Isocratis discipulis traditam, ex institutis tamen, & opinionibus magistri. quae enim ille uoce docuit domi sua, postea scriptis eadem discipuli eius persecuti sunt. his autem cum ijs, qui ab Aristotelis disciplina profecti sunt, controuersiae nonnihil fuit: quod Quintilianus lib. III. significat: ait enim: His successere multi, sed clarissimus Gorgiae auditor Isocrates. hinc uelut diuersac secari coepérunt uiae. nam & Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere: eq. iam seniore, Aristoteles praecepere artem oratoriam coepit. **R A T I O N E M o r a t o r i a m }** quae de arte dicendi Aristoteles, & Isocrates praeceperunt. in hoc enim libri Ciceronis oratorij a communibus praeceptis abhorrent. Eodem spectat illud, quod scripsit ep. 1. lib. 2. ad Att. Meus liber totum Isocratis πρόγραμμα, atque omnes eius discipulorū arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmena consumpsit. **T R E S l i b r o s d e t e m p o r i b u s m e i s;** de exilio, atque etiam reditu: in his enim Lentulum, optime de se meritum, nominauit. scripsit etiam terribus tres libros de consulatu suo, sed antequam iret in exilium: quod ep. 3. lib. 2. ad Att. & de Diuin. lib. 1. ostendit. hic autem Cicero commemorat, quae post discessum Lentuli, id est post exilium suum, scripserat. Ep. 6. lib. 2. Nouitate meorum temporum. **E T . E R V N T }** sperat futurum, ut a posteris etiam legantur. Sed eos aut hominum incuria, aut uetus ipsa perdidit. **S E D , q u i a u e r e b a r ,** figura aliquid detrahens. nam hic sententia desiderat, Non misi: ut sit: Ideo non misi eos libros ad te, quia uerebar eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. **T O T A M ad te defero,** ad arbitrium tuum confero: ut se ipse interpretatur sequentibus uerbis. **C O N S E Q V I }** praefastare. omnes meorum studiorum fructus ad te defero: ut ijs arbitratu utaris tuo. **V T . M E n o l i m a d m o n e r i , r o g a r i u e r o s m e n g a m g o d o l o r e u i x p o s s i m .** rogari enim se, qui amant, non patiuntur. ideo dixit ep. 10. lib. III. Iniuriam mihi fieri putabam, cum rogabar. Ep. 13. lib. IX. Peto a te, uel, si pateris, oro, ut homines miseris conserues incolumes. Ep. 18. lib. XIII. Ego admirabar magis, te, quasi rogatus, aut certe admonitus liberaliter Attico respondis, ultiro ad eum scripsis. Ep. 4. lib. XV. Admonendum te potius, quam rogandum, puto. Et ad Att. ep. 34. lib. XII. Vehementer te rogo, magis quam a me uis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore suscias. **I N . C I L I C I A M }** partem Lentuli prouinciae, uide ep. 7. Qui Ciliciam, Cyprumq. teneas. **A D I V N C T O i s t o f u n d o }** de Ciliciensi fundo Q. Ciceronis nullam alibi mentionem inuenio. Emptus quidem non uidetur, quantum ex uerbo, Adiuncto, licet intelligere, testamento fortasse legatus. **E X E R C I T A T I O N I V S }** oratorijs. declamando enim uel in scholis rhetorum, publice profitentium, uel domestica disciplina adolescentes exercebantur. Graecis autem exercitationibus ali melius ingenia posse, scripsit Cicero in epistola ad Titinium, cuius exemplo supra usi sumus. **N E Q U E c a r i o r e m , n e q u e i n c u n d o r e m }** coniungeret eadem in ep. 2. lib. 2. Cui carus aequafis, & periucundus, ac fuisisti patri. **P O S T E R I T A S o m n i s i n t e l l i g a t ,** tempori seruens pollicetur, quod non praefstitit. nullum enim librum Lentulo inscript, qui quidem exstet, aut ab ijs nominetur, qui saepe scripta Ciceronis appellant. **A P P I V S i n s e r m o n i b u s a n t e a d i c l i t a b a t , p o s t e a d i x i t e r i a m i n s e n a t u p a l a m , s e f e , s i l i c i t u m e s s e t l e g e m c u r i a t a m f e r r e , s o r t i t u r u m e s s e c u m c o l l e g a p r o u n c i a n ; s i c u r i a t a l e x n o n e s s e t , s e p a r a t u r u m c u m c o l l e g a , t i b i q u a c c e s s u r u m : l e g e m c u r i a t a m c o n s u l i f e r r i o p u s e s s e , n e c e s s e n o n e s s e : q u o n i a m e x S . C . p r o u n c i a m h a b e r e t , l e g e C o r n e l i a , i m p e r i u m h a b i t u r u m , q u o d i n u r b e m i n t r o i s s e t .** Curiata lex a populo per curias congregato nomen accipit. curias autem, in quas Romulus populum distribuit, ut in sua quisque curia sacra publica faceret, ferias obseruaret, triginta fuisse, omnesq. in Palatio, satis, ut opinor, notum est. ex his curijs cum populus, ut aliquid iuberet, aut iudicaret, in unum locum coibat, curiata comitia uocabantur. coiuisse autem populum in Comitium, qui locus in foro fuit, docet Varro. Lex igitur curiata comitijs curiatis ferebatur; quibus

quibus autem de rebus, & a quo magistratu ferretur, non est alienum ostendere. De adoptione ferebatur, & de imperio militari. Si de adoptione, ferri poterat uel a tribuno pl. uel a consule, de tribuno pl. locus indicat in ep. 17. lib. 1. ad Att. Haec sunt in rep. nisi illud etiam ad rem. putas pertinere, Herennium quendam tribunum pl. saepe iam de P. Clodio ad plebem traducendo agere coepisse. huic frequenter interceditur. De Consule quis dubitet? cum Suetonius inter acta Caesaris consulis hoc memoret: P. Clodium, frustra iam a patribus ad plebem transire conantem, codem die, horaq. nona traduxit. Et ep. 12. lib. 2. ad Att. Quid Caesar? negat se quidquam de illius adoptione tulisse. Adoptionem autem illam curiata lege factam esse, declarat oratio pro domo: in qua sunt haec: Negant angeres fas esse agi cum populo, cum de caelo seruatum sit. quo die de telex curiata lata esse dicatur, audes negare, de caelo esse seruatum? Et paulo post: Si, quod in ceteris legibus trinundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. Et infra: Credo enim, quamquam in illa adoptione factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctor ne essem, ut in te P. Fonteius uitiae, necisq. potestatem haberet, ut in filio. quaero, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen id triginta curiae iussissent, num id iussum esset ratum? certe non. Confirmat Gellius lib. v. cap. 19. Arrogantur, inquit, ij. qui, cum sui iuris sint, in alienam se potestatem tradunt: eiusq. rei ipsi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere, neque inexplorate committuntur, nam comitia arbitris etiam pontificibus praebentur, quae curiata vocantur. De imperio militari, quod extra urbem gereretur, latam opinor esse curiatam legem uel ab eo ipso, qui accepturus esset imperium, si modo magistratus esset, uel a consule. latam ab ipso magistratu, qui usurpus esset imperio, auctor est Liuius lib. ix. Papirio, inquit, dictatori, legem curiata de imperio ferenti, triste omen diem diffidit. A magistratu, qui non esset usurpus imperio, exemplo Ciceronis & Bibuli, (ut omittam alia quam plurima) demonstratur. nam & Cicero in Ciliciam, & eoden tempore Bibulus in Syriam, uterque aliquot annis post consulatum profecti sunt. latam autem de utriusque imperio curiatam legem, ex eo liquet, quod uterque bellum gesit, utrique supplications ob rem bene gestam decretas: Cicero etiam de triumpho cogitauit. itaque dubitandum non est, quin consules eius anni, Sulpicius, & Marcellus, alter, amboue, curiatam legem de eorum imperio tulerint. alioqui prouinciam quidem co genere imperij, quod lex Cornelia dabat, administrare potuissent; quo se Appius, curiata lex ferri si non posset, contentum fore dictabat. militarem autem rem, quae triumphi spem, & occasionem afferebat, nullo pacto ijs attingere licuisset. curiatis enim comitijs rem militarem contineri lib. v. prodidit Liuius: consuli, si legem curiatam non haberet, attingere rem militarem non licuisse, Cicero in orat. 2. in Rullum: & ibidem: Consulibus, legem curiatam ferentibus, saepe intercessum est. Curiata igitur lege, in forcata a consule, non a tribuno pl. (nam tribunis pl. nihil cum curiis) triginta lictoribus ueteres triginta curias representantibus, populus prouinciarum rectoribus imperium dabat, Cornelia senatus: sed Cornelia iuris dicendi potestam, nihil pro uiatico, curiata uero exercitus habendi, belliq. gerendi ius, cum stipendio militum, & pro consuluis uiatico, dabat. Et Cornelia, a L. Sulla dictatore lata, hoc sanxerat, ut, qui prouincias ex. S. C. accepissent, imperium haberent, quoad in urbem introissent; (studuit enim Sulla optimatum potentiae, plebem, quae aduersus eum pro Mario steterat, afflxit) curiata uero, quoties quisque in prouinciam iturus esset, de eius imperio ferebatur. Obstabat interdum, quod Appius timuisse uidetur, intercessio tribunicia. itaque in agraria 2. Consulibus legem curiatam ferentibus saepe intercessum est. S I. L I C I T V M { effet } sibi. non enim, quod ipse consul posset, id ut anni sequentis consul ferret, exspectare debuit. S O R T I T V R V M { effet } consules uel sortiebantur prouincias, uel comparabant inter se. C V M collega, L. Domitio Ahenobarbo. S I. C V R I A T A lex non effet, } ferri non posset, intercedente aliquo tribuno pl. S E. P A R A T V R V M { cum collega, } Parare, hic est pacisci, constituere mos. enim fuit, ut S. C. de prouincijs consularibus ita fieret, ut eas consules aut sortientur, aut compararentur inter se: quod Liui testimonio probatur. & quod apud Liuum, comparare inter se, idem apud Ciceronem, parare cum collega. quamquam &, parare inter se, a ueteribus dictum esse, Festi uerba, licet praccisa & mutila, uidentur ostendere. nam quod in Sallustij Tugurtha legendum eruditii homines opinantur: Silanus, & Metellus, consules declarati, prouincias inter se parauerant: non, ut antea, partierant: equidem ijs libenter assentirer, nisi me quea sequuntur uerba proorsus ab hac sententia remouerent. nam, Si fallustius dixisset, Prouincias inter se parauerant: sortitionem exclusisset: parare enim, siue comparare, sortitioni opponitur. at subiungit: Metelloq. Numidia euenerat. Quo, sortitionem esse factam, satis ostenditur. Iego igitur, Partierant, cum duobus antiquissimis libris, uno Fuluij Vrsini, eruditissimi, & humanissimi uiri, ante sexcentos annos descripto, altero Vaticanae Bibliothecae, eiusdem fere uetus. Partierant autem, sortitionem non excludit. utroque enim modo fit prouinciarum partitio, siue sortiantur consules, siue comparantur inter se: cum ex duabus alter alteram accipiat. P R O V I N C I A M haberet, } non Ciliaciam nominatim: quod si esset, quorundam de sortitione, aut comparatione loqueretur? sed prouinciam ideo habebat, quia senatus decreuerat, ut ex duabus consularibus prouincijs unam Appius, alteram Domitius, uel sortientes, uel inter se comparantes, obtinerent. I M P E R I V M { sine armis: quibus uti non poterat, nisi qui curiata lege imperium accepisset. de triumpho igitur, cum haec Appius diceret, minime laborare uidebarur, quod confirmant illa uerba ep. 16. lib. iv. ad Att. Appius sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat. Et ep. 2. lib. iii. ad Q. Fr. Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successorum. Imperium tamen curiata quoque lege Appius accepit: quo usus, re militari prospere gesta, supplicationes adeptus est, ut ep. ult. lib. iii. uidetur etiam triumphatus fuisse, nisi a Dolabella reus factus esset, ut ep. 20. lib. iii. & ep. 6. lib. ix. Ad imperium quod attinet, uide ep. 1. lib. 1. Censet enim etiam ex iis, qui cum imperio

perio sunt. Q u o d in urbem introisset. ergo Cornelia lege datum imperium administratione prouinciae non finitur, sed tamdiu manet, donec in urbem proconsul introeat; quod de curiata quoque lege constat. urbem uero ingredientibus imperium deponere necesse erat, nisi si triumphaturi essent. tunc enim lex ferbatur ab aliquo tribuno pl. ut cum imperio triumphantes introirent. Posse te non decidere, nam quia sine curiata lege in prouinciam ire nemo solitus eset; cum omnes in militari delectarentur imperio: propterea, quod fieri non soleret, id etiam non licere, quidam arbitrabantur. RELINQUI possit, ut reliquit Cicero Coelium quaestorem, Bibulus Veientonem. ep. 15. lib. 2. ep. 3. lib. VII. ad Att. N E. ID quidem ualde dubium est, ne de iure quidem dubitari ualde potest, quin Appio, uel si tibi sine curiata lege succedat, prouinciam concedere. Argumento sunt haec uerba: falli eos, qui legem curiata rem rectoribus prouinciarum omnino necessariam putarent: cum sine ea ius dicere, & prouinciae praefesse posset, imperio lege Cornelia dato, quoad in urbem introissent. Cum haec scripsisset; disputationes ad me suas aduersus Nicolaum Gruchium misit Carolus Siganus: in quibus de curiata lege, dupliq. prouinciarum imperio, probari idem utrius nostrum, animaduerti. sane sum lactans, ut animo, & uoluntate, itidem nos opinione, & iudicio congruere. LIBERALITATEM, consuetudinem in tribuenis officiis: cui paullo post cupiditas opponitur, ex quo magis probatur mihi, ut est in antiquo libro Massorum, quam, ut in aliis, Libertatem. codem sensu liberalitas usurpatur in ep. 9. lib. v. & ep. 3. lib. x. SOLERE frui, solere ex ea uoluptatem capere. T A B cupiditatis multi enim diuturni imperii cupiditate flagabant. ILLIVS cupiditatem, ex eo manifestam, quod tibi etiam sine lege curiata cogitat succedere. REFUTARE, reicere, prouincia denegata. DE publicanis: contra quos decretum ex uoluntate prouincialium Lentulus fecerat. saepe enim inter publicanos, qui prouinciarum uectigalia conducebant, & socios, ex uectigalium solutione exoriebantur controversiae: quas Cicero sedatas a se esse gloriat in ep. 13. lib. 2. FELICITATE quidem, uellem, consequi potuisse, uellem, ita felix esse potuisse, nihil ut omnino contra eius ordinis, quem semper ornasti, aut rem, aut uoluntatem ageres. Quidam ueteres libri, Felicitatem: alii, Facilitatem autem quod uellem consequi potuisse. Sed facilitas est uoluntatis: quam si Cicero requirit in Lentulo, hominem carpit amicissimum, optimeq. de se meritum. INIMICI qui etiam quaestorem eius, P. Rutilium Rufum, quod cum praetore suo contra eos consensisset, damnauerunt. Pedianus, epitome Liuiana lib. LXX. huius odii publicanorum in Q. Scaeulam mentio fit in oratione pro Plancio, his uerbis: Equitum ego Romanorum etiam in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Q. Scaeulam, uirum omnibus ingenio, militia, integritate praestantem, aspera, ferociter, & libere dicta commemorem? ILLI ipsi Q. Scaeulae auguri, P. F. Laelii Sapientis genero, Crassi oratoris socero. Fuit alter Q. Scaeula, Q. F. Pont. max. multis annis iunior. TIBI sum auctor, te hortor. VIDE TUR esse prudentiae tuae. pertinere uidetur ad prudentiam tuam, quae potest difficillima quaque superare, ut cum ordinem tibi aut reconciles, aut mitiges.

Argumentum ep. ult.

V Nam hanc subesse caussam video, cur hanc epistolam scripsit, ut certiores faceret Valerium de gratijs Lentulo, Ciliciae proconsuli, a se per litteras eius nomine diligenter actis. nam cetera iocationes merae sunt, familiarem consuetudinem, & mutuam benevolentiam indicantes. Actio igitur gratiarum, & ioca ipsa, quibus tota condita est epistola, ad morale genus pertinent. nam & iocosa dicta subiecit moribus Aristoteles Rheticorum lib. I. & Cicero in tradenda officiorum doctrina facetias quoque persecutus est.

M. Cicero S.D.L. Valerio iurisconsulto: 10.

CVR enim tibi hoc non gratiscer, nescio, praesertim cum his temporibus, audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo nostro egri per litteras tuo nomine gratias diligenter. sed tu uelim definias iam nostris litteris uti, & nos aliquando renisas, & ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istuc, ubi solus sapere uideare. quamquam, qui istine nunc ueniunt, partim te

superbum esse dicunt, quod nihil respondeas; partim contumeliosum, quod male respondeas. Sed iam cupiendum coram iocari, quare fac, ut quam primum uenias: neque in pulicam tu in accedas: ut possimus, saluum uenisse, gaude. nam illo si ueneris, tamquam Ulysses cognoscet tuorum neminem. Vale.

EXPLANATIO

VALERIO 3 hic est, de quo in ep. r.lib. iii. & xi.lib.vii. Valerij nomen boni ominis apud Romanos habebatur: itaque Festus sic: Ominis boni gratia, in delectu, censu ue primi nominantur, Valerius, Saluius, Statorius. Cvr enim tibi hoc non gratificer, cum inscripsisset, Valerio iurisconsulto, subiunxit iocans: nam, iurisconsultum cur te non appellem, nescio, etiam si iurisconsultus ualde non sis. Et sane Valerius hic non uidetur ius ciuile, quantum opus esset, cognouisse: cum de eo sic ad Appium scriperit: Valerium iurisconsultum ualde tibi commando, sed ita etiam, si non est iurisconsultus. Verum ita familiariter eum Cicero diligebat, ut ei, quod omnino falsum non erat, id per iocum obijceret. Inscripti, inquit, hanc epistolam, Iurisconsulto, gratiae potius caussa, quam ueritatis, praesertim cum hodie non qui sapientes, sed, qui audaces sint, iurisconsulti nominentur. Hic, ut omnis, quantum quidem praestare nobis liceat, erroris tollatur occasio, quasi quoddam $\pi\alpha\gamma\epsilon\gamma\pi\alpha$ addatur, quod tamen alienum non putamus, quae nostra sit de epistola integritate sententia. sunt enim, qui huius epistolae desiderari principium existiment: quod cis, credo, insolens, atque ineptum uideatur, prima epistolae uerba ab inscriptione pendere. cuius tamen generis exemplum hoc animaduertimus. ep. 20.lib. iii. ad Att. M. CICERO S. D. Q. CAECILIO Q. F. POMPONIANO ATTICO: Quod quidem ita esse, & auunculum tuum funerum esse officio, uchementissime probo. Constat enim, itidem hic epistolae principium inscriptionem spectare. AVDACIA pro sapientia 3 audacia, licet, fortitudinem imitetur, in malam tamen partem accipitur. Animus enim, ut lib. i. Off. scripsit Cicero, paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellatur, audaciae potius nomen habeat, quam fortitudinis. Sapientia uero diuiditur in duo genera, unum naturae, idq. simplex, alterum artis, quod in alia rursus ei subiecta genera diuiditur. Naturalem sapientiam uoco, quam expertes doctrinæ multi, nullis litterarum praeceptis imbuti, naturae tamen munere consequuntur: quales sunt, qui suas actiones directa quadam iudicij regula metiuntur, nihil temere, nihil indecorum committunt, a prauis recta, a turpibus honesta distinguunt. hanc sapientiam tribuit Cicero ep. r.lib.vii. M. Mario, si iudicos Romae, cum per ualedicinem posset, spectare noluit: Lentulo ep. v. si omninem amplitudinem, ac dignitatem suam in uirtute, atque in rebus gestis suis, atque in sua grauitate positam existimabit: alijs alibi, quod labi, & errare per imprudentiam non confueuerint. Vlyssem quoque, quod, uarijs iactus casibus, multis, quae alijs exitio fuerant, periculis terra, mariq. defunctus, ad patios lares reuersus in columis, ab iniuria proorum uxorem, domumq. suam, seq. ipsum singulari consilio uindicauerit, hoc excelluisse sapientiae genere Homerus prodidit. Alterum sapientiae genus, quod ab arte proficiscitur, uel omnium artium, uel multarum, uel unius tantum absoluta cognitio est. si omnium, ita definitur, humanarum, diuinarumq. rerum caussarumq. quibus haec res continentur, scientia, quam uni deo perfectam contigisse, nequaquam in homine posse reperiri, uere credimus. Deus autem non eam ab arte extrinsecus accepit, (nec enim ulla re umquam indiguit) sed a se ipso, aequie aeternam, aequie infinitam, ut aeternus ipse, & infinitus est. Quod si non omnium, sed multarum rerum, quae uel ad usum, uel ad ornamentum humanarum uitae pertineant, notitia est; qualis in Thalete, Anaxagora, Pythagora, Democrito, Socrate, Aristotele, Platone, & alijs uel Graecis uel Aegyptijs fuisse traditur: philosophia dicitur; quia perfectam illam sapientiam, quantum hominilicet, imitatur. eadem tamen & sapientiae nomen interdum sibi uindicat: quia, quo nihil putatur inter homines praestantius, id eo uocabulo, quo nullum inter humanas res nobilius reperitur, decorari aequum est. Inde Thales, inde Bias, inde Socrates, aliq. quos celebrauit antiquitas. Ad hunc numerum aggregare possumus, ex Romanis Catonem illum Censorium, qui cum & litteris esset instruetus, quamquam non omnino cum superioribus illis conferendus; cumq. multarum rerum usum haberet; sapientis nomen inuenit. Nec video, cur ab hac laude M. Varronem, Ciceronemq. nostrum, qui rerum laudabilium uaria cognitione praefliterunt, hac laude patiamur excludi. Multis etiam unius modo artis eximia quaedam, & singularis intelligentia, opinionem, ac famam sapientiae peperit. quod Athenaeus de musicis lib. xiv. tradidit, Plato de poetis, cum Anacreontem sapientem appellat in Phaedro, & genitam a poetis sapientiam, ait in Lyside: de iurisconsultis Cicero in libro de Amicitia, L. Acili exemplo, qui, quod esset prudens in iure ciuili, sapiens nominatus est: de ciuitatum rectoribus in superiore epistola ad Lentulum: Tota, inquit, sapientium ciuium, qualem me & esse, & numerari uolo, & sententia, & uoluntas mutata esse debet. Transe ad humiliores artes. Marmorarijs, & statuarijs non sapientiae laudem tribuit Aristoteles lib. v. Ethicorum? non agricolis Plato in dialogo de scientia? non fabris Homerus, in eo, $\sigma\alpha\phi\delta\pi\alpha\tau\pi\alpha\tau\omega\pi$; Neque solum ex una arte, praclare cognita, multi, sed ex una etiam, quae mentis optime speciem praeferreret, actione C. Laelius, ille Africani minoris amicitia clarus, sapiens & habitus est, & perpetuo uocatus, quod legis Liciniæ de agri modo, ne seditionem inter ciues excitaret, patrocinium deposuerit. Cum igitur sapientiae nomen tam late pateat; merito, a quorum studijs maxima ad omnes manat utilitas, iuris prudentibus communicatum uidetur. est enim iuris ciuilis prudentia genus quoddam sapientiae: ex quo ciuitates, quae sua iura, & quasi iustitiae normam ab antiquis legibus petunt, quae plurimae sunt, consilio sapientis administrari dicuntur. quam doctrinam Scala meus, humanitate, & uirtute excellens, lumen, & ornamentum Patauini fori, quinque libris, qui ab omnibus iurisconsultis eximia cum eius laude leguntur, uniuersam comprehendit. Sed, quia saepe accidit, ut, qui ea, quam profitentur, iuris ciuilis co-

lis cognitione indigeant, ijdem audacia, ut id, quod ignorant, scire uideantur, in primis abundant: propter ea, induc tam esse consuetudinem, ut in agendis causa sis audacia pro sapientia liceat uti, per iocum quidem, sed uere tamen Cicero dixit: LENTYLO 3 Ciliciam administranti. Erat igitur hic Valerius in Cilicia, & fuit etiam Appio proconsule, cui commendatur ep. 1.lib. III. VBI aliquo numerosis, 3 ubi alij quoque iuris prudentiam tenent, istuc enim solus uideris iurisconsultus. Sed hic etiam Cicero iocatur: significat.n. Valerium de industria se in Ciliciā contulisse, ut solus ibi sapere uideretur, cū iurisconsultus ibi solus esset. PARTIM te superbū esse dicunt, quod nihil respondeas; partim contumeliosum, quod male respondeas. iocus est in his uerbis & abstrusis, & elegans, uult enim innuere, ideo nihil eū quandoq. respōdere, nō quod superbū sit, sed quod eum nemo consulat, cum homines bonum iurisconsultum non putent: ideo autem male respondere, non quod contumeliosus, sed quod imperitus, & indocetus. Proprium uero iurisconsultorum fuit, hodieq. est, de iure consilientibus responderē. Similis iocus est in Trebatium ep. 16.lib. VI. Qui istinc ueniuunt, superbiam tuam accusant, quod negent te percunctantibus respondere. VT possimus, saluum uenisse, gaude. 3 quod in Apulia tua nemō poterit: cum nec propinquum ibi, nec amicum habeas. Pergit in festiuitate, & Valerij notat ignobilitatem; cui qui gratularetur in patriam redeunti, nemo esset. Quod si Romam, inquit, uenies: erit, qui, te saluum uenisse, gaudeat: habes enim hic, qui te nō rint, & diligent: in Apuliam uero tuam si acceſſeris; quis erit, qui gaudeat? Hanc sententiam, illata figura magistri oīdouīay, confirmat sequentibus uerbis: Tamquam Vlysses, cognosces tuorum neminem. Quod etiā discrepat ab Vlyssis fabula; qui suos quidem ipse domesticos omnes, Ithacam reuersus, cognovit, sed ab ijs cognitus non est: tamen Cicero, nactus iocandi locum, lepide sermonem conuertit ab Vlysse ad ipsius Valerij humilitatem, ac solitudinem. Quod ideo ostendendum putaui, ne quis Ciceronem in Vlyssis fabula memoriae uitio labputet: cum in eo ipso iocus appareat, quod, cum, inducta Vlyssis mentione, dicturus uideretur, cognoscere a tuorum nemine, traduxit sententiam, ut dixi, ad id, quo Valerij notabatur ignobilitas. Veram sententiam, ut Homerum omittam, Varro in Sesquiuylsse, apud Nonium, retulit, his uerbis:

Aduersi uenti conciderunt: quod si pergunt diutius
Mare uoluere, uero, ne me quoque, cum domum iam ab Ilio
Cessim reuertero, praeter canem cognoscat nemo.

Posit etiam hoc aliquis referre ad illud tempus, cum Vlysses, dormiens a Phaeacibus in litore Ithacensi expositus, mox experectus, patriam non agnouit. unde Homerus ēv tāy: „ δόδε γέτο δίος θύσασσις,

Ενδων εγγάγη πατρῷον: ἐδεμητέγνω
Ηδη δην ἀπεών: περιγένεται θέσις ηγαχθεν
Παλλάς αθλωδήν. Et infra sic ipse Mineruam interrogat:

Tις γάρ, τις δῆμος, τίνες ἀνέγετες εγγεγάσσονται; Sed omnino prior interpretatio magis placet: ut in lepore perget; & quemadmodum primis epistolac uerbis audaciā, medijs inscientiam, sic postremis loco liberiōre, id est a superiori non dissimili, ignobilitatem irrideat familiarissimi sui: de quo in ep. 1.lib. III. Est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus. Tribuit autem hoc iuris familiaritas, ut iocari liberum putemus. alioqui iure Cicero inurbanus, & amarior, quam deceat, uideri possit. Nec uero cum ipso tantum, sed cum alijs etiam iocari de illo solitus est: ut in eadem epistola: L. Valerium iurisconsultum ualde tibi commendo, sed ita etiam, si non est iurisconsultus. melius enim ei cauere uolo, quam ipse alijs solet.

ECCLESIA
IN . EPISTOLARVM
M . TULLII . CICERONIS
QVAE
FAMILIARES
VOCANTVR
LIBRVM . SECUNDVM
AD . CURIONEM . ET . ALIOS
PAVL LI . MANVTII
COMMENTARIUS



Argumentum ep.I. lib.II.

DISTRIBUITVR hoc argumentum in quattuor partes, morales omnes. in singulis enim tum officij, tum amoris quaedam elucet significatio, negotij prorsus abest mentio. quae sit autem cuiusque partis sententia, uideamus. In prima, accusante Ciceronem Curione, quia raro admodum litteras mitteret, ita se purgat, ut culpam, a se remotam, in eum transferat: officiumq. suum, si non contemni a Curione senserit, in eo genere pollicetur. In secunda, Abeisse tamdiu Curionem dolet, quod eius consuetudine careat; laetatur, quod absens maximam laudem consequatur. In tertia, Cum in excitando, & acuendo plurimum ualeat, si laudes eum, quem cohortere; aditum sibi aperit ad cohortandum, laudatione praeposita. & quoniam naturae bona summas res gerentibus adiumento maxime sunt, laudandi materiam capit ab animi ingeniq. praestantia: quae cum omnibus cognita sit, exspectationem concitam non tueri turpisimum est: excusantur enim, quibus desunt instrumenta naturae: at, quibus abunde adsunt, uitio datur, nisi uoluntatem cum natura coniungant, & aliquid magna laude dignum aut gerant, aut conentur saltem. Nec mirum, laudari eum a natura, cum & in libro de claris

Orato-